

## Alte Drucke

**RESOLVTIONES || IN QVARTVM LIB. || SENTENTIARVM, ||  
FR. IOAN. DVNS SCOTI, || Doct. Subtilis, Ordinis minorum:  
|| In quibus, ea quæ prolixius, & ...**

**Duns Scotus, Johannes**

**Venetiis, 1580**

**RESOLVTIONES QVARTI LIBRI SENTENTIARVM, F. IOAN. DVNS SCOTI  
Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



# RESOLVTIONES QVARTI LIBRI SENTENTIARVM, F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

DISTINCTIO. PRIMA.  
Quæst. I. Pag. 4.

Ancreatura posse creare.

## RESOLVTO.

VM creatio vir-  
tutem requiri-  
rat, infinitam,  
ipsi, creatura  
nullatenus co-  
petere potest,  
ne principaliter, nec instrumento  
taliter, quippe que potentia est  
finita, & limitata. Hoc autem  
astruitur primum locis sacrae  
scripturæ, quæ omnium creato-  
rem Deum solum attestantur.  
Qui vinit in aeternum, creavit  
omnia simul, &c. Nunquid non  
vnius Deus creator tuus &c.  
Qui autem omnia creavit Deus

est, &c. Quia tu creasti om-  
nia, &c. Creator omnium Apoc. 4.  
Deus, &c. Deinde hoc astruitur 2. Machab.  
authoritatem veterum, & san- 1. Super ge  
ctorum Doctorum, maxime bea nef. lib. 9.  
ti Augustini super Genesim, & c. 15. &  
aliis infinitis locis librorum ab 1. 12. de ob  
eo conscriptorum, quemadmo- ui. c. 24. &  
dum citat doctor subtilis, & ma 1. 2. de trè  
xime illo, Non est creator, nisi n. c. 2. &  
q. principaliter ista format, &c. 14. lib. 2.  
Postremo confirmatur rationi- de tri. c. 9.  
bus, quia si creatura creare pos- Creatura  
set, vel esset creatura mere ipsi neg. 6786  
ritualis, vel alia, non primum, re.  
quia Angelus ( qui talis est crea-  
tura ) nihil agere potest, nisi per  
intellectum & voluntatem, qui  
in ipso accidens est, sed nullum  
accidens necessario praexigitur  
ad creandam substantiam,  
vnde Angeli hac ratione ne-  
queunt, nec alia creatura id po-

A 2 test.

## 4 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

est. Pater, quia cum operatio-  
nes ascribantur ipsis formis,  
hoc fieret per ipsam formam,  
sed hoc non minus dependet a  
materia in agendo, quam in  
essendo, nequit autem esse sine  
materia, ergo nec agere. Insu-  
per sequeretur effectum pre-  
stantiorem esse sua causa, & hec  
ratio idem includit de acciden-  
tibus quibuscumque. De ma-  
teria vero prima nullus relinqui-  
tur dubitandi locus, cum om-  
nium entium sit infinitum, & de  
genera sterilium ab omnibus di-  
cimur. Creatura igitur nul-  
la creare potest.

### DISTINCTIO. PRIMA.

Quæst. II. Pag. 26.

An definitio Sacramenti data a  
Magistro sit per se vera.

#### RESOLVATIO.

*Sacramen-*  
*ti defini-*  
*tio.*

Vandoquidem de-  
finitio quid rei,  
( quæ sola propria  
est ) est Primo en-  
tis veri, hoc est pos-  
sibilis existere & non impossibi-  
lis, negationis, aut priuationis.  
Secundo entis per se unius, non  
autem entis unius per aggregationem,  
aut unius per accidentem.  
Tertio entis realis, & non entiū  
rationis, quæ scilicet per solum  
actum intellectus collatiuum  
habent est. Quarto conce-  
ptus complexi Physice, vel Me-  
taphysice, non autem conce-  
ptus simpliciter simplicis. Quin-  
to uniuersalis, & nullo modo sin-  
gularis. Horum quinque tertia  
sola conditio obstat, quominus  
Sacramentum hac definitione  
proprie dicta definiatur; nihil o-

minus definitum pro formalis,  
seu præcipuo significato, tan-  
quam conceptus per se unus, &  
quemadmodum alia entia na-  
tionis, ut puta definitione data  
per additamentum hoc, videlicet.  
Sacramentum est signum  
sensibile, gratiam Dei, vel effi-  
caciunem gratiæ, ex institu-  
tione diuina, efficaciter signans.  
Cuius quidem definitio si-  
gnum est genus, ex institutione  
diuina, & efficaciter, differentia  
sensibile, fundatum ipsum  
relationis, quam denotat plurimum  
Sacramentum, gratiam Dei, vel  
effectum gratiæ, alterum  
est extreum, & correlatum  
Sacramenti. Et hoc Doctoris  
definitione, licet verbis alia sit a  
definitione Magistri, non tam  
sensu. Vnde consequitur Magi-  
stri definitionem esse commo-  
de assignatam.

### DISTINCTIO. PRIMA.

Quæst. 3. Art. 1. Pag. 33.

Verum pro tempore cu*is* unque le-  
gi a Deo data, de cuius in-  
stitutio aliquo sacra-  
mentum.

#### RESOLVATIO.

*S*acramentum infi-  
tui non fuit necel-  
larium, nec ex par-  
te Dei, qui omnia  
operatur secundum  
consilium voluntatis suz, nec  
ratione gratia, nam alio modo *ad Ep.*  
haberi poterat secundum vo-  
luntatem ipsius Dei, qui non al-  
ligavit potentiam suam sacra-  
mentis. Congruum tanè fuit,  
ut homo ex sensibilibus certius  
cognosceret, & feruentius deli-  
deret.

# Super quartum lib. Sententiarum.

5

deraret effectum illum iniustibilem Dei, nempe gratiam ipsam, & propter hominis erudititionem, exercitationem, & humiliacionem. Ad hanc, ut illi qui vere Deum cognoscerent, convenirent in aliquibus signis externis, quibus lete iniucem nosserent, & iuarent, & alterius secta homines videntur. Decuit autem signum hoc esse praeedium, denotans videlicet effectum vel in esse, vel in fieri, & non speculatum tantum. Insuper & certum, non aquiuocum, aut dubium: Certum, inquam, cum certitudine demonstrativa, ad quod semper sequutus fuisset effectus, sed certitudine ut in pluribus, hoc est semper certum ex parte ipsius signi, nisi obdaret indispositio, suscipiens, torpor, & indeuetio.

## ARTICVLVS II.

Pag. 35.

Sacramentum a quo fuit institutum.

## RESOLV TIO.

Cum autem signum aliud habeat, & significet practicam, id est effectum aliquem, nem per se sui institutione, & aliunde sit certum, nempe ex determinatione voluntatis determinantis, seu ad causandam effectum, quoties adhibebitur tale signum, primum non impedit quo minus a creatura poterit instituere, secundum nullus potest dare certitudinem aliqui signo pratico, nisi possit cauare siquum illius signi. At qui solus Deus potest cauare effectum sacramentorum, videlicet ke-

missionem peccatorum: unde il  
lud Isaiae, Ego sum qui deleo *Isa. 43.*  
iniquitates propter me, & Mat-  
thæi, Quis potest remittere pec-  
cata, nisi solus Deus, &c. Et con-  
ferre gratiam, iuxta illud Ioan-  
nis, Gratiæ, & veritas per Iesum *Ioan. 3.*  
Christum facta est, & illud Psal-  
mista, Gratiam, & gloriæ dabit  
Dominus. Quare ipse potest so-  
lus Sacramentum instituere.  
Creatura autem iam institutum  
potest promulgare, ut Iacobus *Jacob. 5.*  
extremam vocationem, infirma-  
tur quis in vobis inducat pra-  
sbyteros, &c. & Iudeus Marcius *Marei. 8.*  
vngebant infirmos, &c.

## ARTICVLVS TERTIVS

Pag. 39.

Sacramentum pro quo tempore don-  
buit institutus.

## RESOLV TIO.

Via vero morbus, &  
peccatum origi-  
nis fuit in natura  
humana, semper  
post lapsum Adæ  
regnauit mors, &c. Omnes pec-  
caverunt, &c. Oés in Adam, &c,  
Ecce enim in iniquitatibus con-  
ceptus sum, &c. Congruū fuit  
pro omni rati tempore Sacra-  
menta institui, ut viator per sen-  
sibilia manuducref ad iuisci-  
bia. In statu autem innocentia  
non congruebat Sacramentum  
institui, quia nullum habebat  
salutis impedimentum, nec mens  
grauiabatur corpore, quo minus  
ferret libere in Deum ipsum, nec *Ioan. 3.*  
in statu patriæ, cum videbimus *1. Cor. 13.*  
eum sicuti est, & facie ad faciem *Apo. 21.*  
& nihil coquinatum intrabit  
in illud, &c.

A 2 ARTI.

## **6 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.**

**ARTI VLVS QVARTVS**  
Pag. 37.

Sacramentum an aliud & aliud praesertim alterius, & alterius legis.

## RESOLUTION.

Sacramē  
Padiusia.

**S**acramē  
ss diuisio. **A** sacramentum po-  
stremo diuiditur  
in proprie & im-  
proprie dictū, Pri-  
mum gratiam cō-  
fert, secundum est signum rei  
sacrae, quodcumque fuerit. De-  
inde diuiditur ratione sensibili-  
um diuersorum, ut Baptismus  
habet aquam, Eucharistia panem  
& vinum. Postea diuiditur ra-  
tione diuersae significacionis,  
quia Baptismus significat gra-  
tiā inhārentem, Eucharistia  
vero gratiam afflīstem, corpus  
scilicet, & sanguinem Christi. Po-  
stremo diuidi potest rōne ma-  
ioris effectus vel minoris, qui  
confertur per ipsa sacramenta,  
ut licet circuncisione confer-  
gratia, velut baptimate, maio-  
ram baptimate cōfertur. Vñ  
colliguntur eadem sacramenta  
improprie dicta, potuisse esse  
eadem in diuersis legibus, vt ge-  
nusflexiones, non autem sacra-  
menta proprie dicta. Quia in  
processu generationis, humana n-  
temper creuit notitia veritatis.  
Et lex posterior semper fuit per-  
fector priori, quare debebat ha-  
bere maiora, auxilia ad sui ob-  
jectum. Ex quo nonnulli ob-  
iectant, ut etiam in aliis sacra-  
mentis, ut Coniugio, &c.

**Gregorius** super E<sup>c</sup>-  
stisystem. **B**e maior, auxilia ad illi  
fermentationem. Et congruum est,  
ut perfectius adiutorium signa-  
retur alio signo, ab eo qd erat  
in priori lege, nam illud semper  
significaret id, ad quod primo  
significandum fuerat institutum.  
**H**ac autem maxime congrue-  
bat de illo sacramento, quo de-

lebatur originale, quod quidem  
in lege naturæ erat oblatio pueri  
ipſi Deo, cum quibusdam verbi  
deprecatorijs, in lege scri-  
pta circuncisio, in Euangelica  
baptismus.

DISTINCTIONIS I.  
Quæst. III. Pag. 38.

*Utrum sacramentum habeat causa  
litare et si uam respectu gracie  
conferenda.*

## RESOLVITIO.

**S**acramentū non ef-<sup>Sacramen-</sup>  
ficit gratiā, siqu<sup>ia</sup> ea  
dē ea a solo Deo sicut ga-<sup>ta</sup>  
 Gratiam, & glo-<sup>riam</sup>  
riam dabit domi<sup>m</sup>; *Psl. 11.*  
nus, &c. Qui bonus est lauriet *Primit.*  
sibi gratiam a dño, & c<sup>e</sup> *Iam. 1.*  
& pax a Deo, &c. *Per quem acc Rem. 1.*  
pimus gratiam &c. Humilibus *Jas. 4. 10.*  
dar gratiam. Et huic assertione *1. Ps. 1.*  
subscribit B. Thomas. Nec est  
sacrūm cā efficiens instrumenta-  
lis dispositionis prauit ad gra-  
tiam, ut asseuerat. D. Thomas.  
Qnūquidem dispositionē infa-  
cramentī interterribilis dicit  
characterem esse. In alijs vero  
aliquem aīc ornatum characte-  
ri proportionatum. Siquidē ista  
aliter q̄ per creationem esse ne-  
queunt, quę tantum soli Deo  
competunt. Insuper hęc plura  
non sunt necessaria, nec sufficie-  
ter probari possunt. Sed pro-  
pterea a Magistro, & veteriori. *Sacramen-*  
*ta dicuntur*  
bus doctoribus sacramentū  
asseritur cā gratiā, q̄c eius su-  
ceptio sit dispositio proxima *cunctis*,  
necessitan ad effectum signa-  
tum, gratiam videlicet, disposi-  
tio inquam, non ex natura rei,  
sed ex diuina institutione libe-

# Super quartum lib. Sententiarum.

re, & secundum consilium voluntatis sue, & non alligavit potentiā suam sacramentis, sed necessitatis secundum quid, hoc est secundum legem datam, & potentiam Dei ordinatam, quae nobis innotescit per sacras scripturas. Decreuit enim, & huius

mēta, quibus assequimur gratiam. Potest etiam adferri exemplum de incisione, & applicatione, aliarum medicinārum, quae non causant actiū sanitatem, licet dicantur ipsius causa.

## DISTINCTIONIS I.

Quæst. V. Pag. 39.

Utrum in sacramentis possit esse virtus aliqua supernaturalis.

## RESOLV TIO.

**S**N sacramentis nequit esse virtus aliqua supernaturalis, hoc est qualitas aliqua realis, & absolute a Deo causata inherens ipsis sacramentis) qua habeat esse in fieri (hoc est dum actu sacramenta recipiuntur) & continuo dependens a sua causa, ut res alia successu: quo videlicet lumen habet esse in aere continuo dependens a sole, ut species sensibiles objectorum corporeorum habent esse in medio, ut afferit D. Thomas. Frustra enim ponetur homo qualitas, quippe qua in anima nihil efficere posset, & absq: ea per ipsa sacramenta immediate iuxta institutionem & decretū diuinum, possimus recipere effectum sacramentorum. Insu per sicut sequenti rationem naturalē non sunt ponenda plura, nisi quæ rō naturalis concidunt, ita sequenti fidem, non sunt ponenda plura, q: fidei veritas requirat. Veritas autē fidei id non requirit, cum id non constet ex sacris Iis, & pacto Christi cū Ecclesia. Quare nō est pos-

### 3 Resolutiones Ioan. Duns Scotti.

**Tome. 9.** nenda huiusmodi supernatura-  
in Ioan. 6. lis virtus. Cum aut Augu. sit su-  
per illud, Vos mundi estis pro-  
pter sermonem. & recitat. 1. q. 1.  
15.

**Sacramē.** Respondeatur virtutē accipi ( et  
tarū vir- iuxa Philosophos primo cœli  
tus. & mundi) pro ultimo de potentia, cū videlicet agens agit quā-  
tum potest. Vt si aut de po-  
tentia signi practici, hoc est per  
fectius, quod signum practicū  
potest afficere, est signare effe-  
ctum signarum præcie, certo, &  
efficaciter. Nam non posset si-  
gno practico (vt est practicum)  
maior competere potentia. Hāc  
autem virtutem, significandi vi-  
delicet certo, & efficaciter con-  
cedimus ipsi sacramentis, iux-  
ta institutionem ipsius Christi.  
Hāc enim ex facris literis  
constat, & hāc virtus nihil aliud  
est, quam conformitas signi ad  
signatum, hoc est veritas, & cer-  
titudine ipsius sacramenti, quā  
est de essentia ipsius Sacra-  
menti, aut sātem accidens conco-  
mitans ipsum sacramentum ut  
in pluribus, id est semper, nisi in  
dispositio inscipiētis impedita,  
quia Deus qui fecit te sine te,  
non insificabit te sine te, affer-  
tore Augustino.

**De verbis  
Apostoli  
ser. 15.**

#### DISTINCTIONIS. I.

Quæst. VI. Pag. 50.

Vtrum in Circuncisione ex vi circu-  
sionis gratia confabatur.

**Circunci-  
sione pec-  
catum de-  
lebatur et  
gratia con-  
ferebatur.  
Roma. 4.**

#### RESOLV TIO.



In circuncisione pecca-  
tum originis dele-  
batur, & gratia co-  
ferebat. Suffragas  
Paulus, Signū ac-

cepit circumcisionis, &c. Si enī  
Circuncisiō iustitia signū fuit,  
haud dubie signum erat certū  
& efficax, cum scriptura exprim-  
at hoc ipsum a Deo traditū, Quia  
cuius filius est sacramentis vir-  
tutem, & efficaciam tribueret.  
vñ Apostolus, Circuncisiō quidem  
prodest, si legem obserues,  
& Hieronymus in illud Aposto-  
li, Prodest suo tpe signum ius-  
titia (cuius est signaculū) adst.

Cum itaque iustitia sit signa Inculum, constat eam, gratiā con-  
stituisse, hue pertinet quod Au-  
gustinus dixit, baptismi loco cir-  
cunctionem priscis patribus impo-  
nūt, qui scripsit circumcisionē expi-  
at hominis nouationem vale-  
re, sicut & baptismus. Innova-  
tio autē virtutē, non nisi per gratiā Rem;  
fit, sicut ipsa gratiam conuolut. Itē aferit glosa, & Beda: Id Lata,  
salutifera curationis auxilium  
circuncisio in lege agebat, id  
baptismis tempore gratiāge  
re confuevit. Respondeo ad  
hāc, quia nullo tempore Deus  
relinquit genus humanum sine  
remedio ad salutē necessario,  
maxime eos quos peculiariter  
sibi deligebat, & nō legaliūd  
ab isto tunc collatum reme-  
diū. Igitur circuncisio, &  
peccatum originele delebarūt  
& gratia conferebatur populo  
Dei ab Abrahamo vñq; ad Chri-  
stum. Præterea per locum ab  
oppositis idem affluitur. Non  
est Deus pronior ad condem-  
nandum quam ad miserendū,  
sed qui respuebat circuncisio-  
nem peccabat, vt patet ex Ge-  
n. 17.  
nū, Masculus cuius caro pra-  
putij circuncisā nos fuerit, &c;  
Igitur qui eam accipiebat, ha-  
bebat gratiam. Et hac inter om-  
nia diuitaxat veteris legis sacra-  
menta

## Super quartum lib. Sententiarum.

menta gratiam ex operato, id est ex vi sacramenti, sive effe-  
tus passionis Christi conferre-  
bat, sicut & sacramenta nouæ  
*genitio legis, unde & proprie erat sacramen-*  
*tum expiacionis.* Alia vero improprie-  
tates, erant sacramenta, ut expiatio-

baptismus, qui etsi gratiam in recipiente reperiat, eam adauget, nisi fuerit summa, non autem circuncisio, vnde Abraham iustificato, nihil ex vi operis contulit.

## QVÆSTIO INTERMIXTA.

Pag. 54.

*An Deus possit delere peccatum originale non infundendo gratiam.*

## RESOLV TIO.

**P**otest quidem Deus *Deus prec-  
ex sua potentia ab *catum de-  
soluta* (qua quid-  
lere potest  
quid non implicat *sine infi-  
contradictione p. sione gra-*  
*flare et valer] originalem culpam fia.*  
delere, licet gratiam non confe-  
rat: & huiusmodi de homo, si dece-  
deret, esset in puris naturalibus,  
si neque iustitiam originalem,  
aut aliquid supernaturale donū  
tribuerit, quod sane eadem po-  
tentia efficere posse, sicut & in  
lapso virginis absoluta omnia re-  
parare potest, non autem effice-  
re, quin cediderit. Potentia vero  
ordinata (qua videlicet in sacra  
literis nobis est manifestata) &  
uxa leges a Deo preceptas,  
et efficere nequit, ut deleatur vi-  
delicet aliquius originale, au-  
toriale peccatum abique re-  
ceptione gratiae. Quia inter  
filios regni, & carceris non  
est medium, loquen-  
do de potentia or-  
dinaria, id  
est, con-  
for-  
mi legibus, sapientia, &  
& voluntate diuina  
determinatis.*

# 10 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

## DISTINCTIONIS I.

Quæst. VII. Pag. 57.

**V**erum tempore legis natura fuit alia quod Sacramentum respondens Circumcisio[n]e.

## RESOLV TIO.

**Ezch. 18.**  
1. ad Timo.  
mo. 2.  
Nūquam  
fuit derelictum hu  
manū ge  
nus sine  
remedio  
salutis.

**A&T. 14.**

**Gen. 14.**

**Gen. 37. 15**  
39.

Vin de Opt. Max.  
nolit mortem mo  
rientis, sed potius  
velit omnes salvati  
ri, nullo tempore  
dimisit cultores suos sine reme  
dio necessario ad salutem, cum  
& ipsi gentibus non defuerit,  
Qui in præteritis nationib. &c.  
vlique corda eorum, & aliquos  
eisdem praefiterit, qui eor in  
sui cognitionem instituere pos  
sint, vt Melchisedech, Iob, Ie  
tro socerum Moysis. Infuper  
hoc fine permisit etiam Ioseph  
vanudari Ægyptiis, Iacob quo  
que cum omni sua familia in  
Ægyptum descendit, & illic in  
ter gentes commorati sunt qua  
dringentes triginta annos. Per  
misit etiam Deus populus Iudaicu[m], propterea lapsus in ca  
ptiuitatem duci, licet ob sua  
peccata id cōmerciasset. Quod  
si hec gentibus praestitit, multo  
magis populo suo praestissi  
mum reuelauit, quo a peccato  
illo originis liberarentur, sine  
cuius deletione nec gratia ipsi  
Deo, aut salutem consequenti  
poterant. Ergo & sacramentum  
aliquid pro hac re instituit. Et  
magis probabile est tale sacra  
mentum fuisse sensibile, id est,  
actum aliquem exteriorem, q  
intelligibile, id est, actum solum  
interiorem, quia post lapsum  
congruit homini, vt persensibi  
lia ducatur ad spiritualia. Hu



Iusmodi autem sacramentum Tym  
iuxta communiores opiniones, g[ener]is  
aut pro adultis sacrificium ali  
quod nobis quidem ignotum, m[od]is p[ro]p[ri]is  
vna cum fide vniuersi Dei, qui pol[lo] de  
lictus fuerat semen, qd contri  
tum erit caput serpentis. Pro origi  
parulis autem parentum fides,  
vna cu[m] oblatione ipsius paruli  
cum prece aliqua, aut sola pro  
testatio, & inuocatio Dei, verbo  
tamen exteriori ad parulū re  
lata. Vnde licet fides absque fa  
cificijs sufficeret pro paruluis,  
non tamen sola fides sine quo  
cumque exteriori actu.

## DISTINCTIONIS II.

Quæst. I. Pag. 59.

**V**erum Sacramenta nouæ legi ha  
bent efficaciam a Christi  
passione.

## RESOLV TIO.

**V**andoquidem euā gelica lex perfec  
ctissima est, quam Deus decrevit aeternam. Et Rom. 10  
quia est ultima, vt Apostolus vo  
cat illud testimoniū aeternū, & poste  
riora perfectionia exiſit, tu q[uod]  
est proxima statui pfectissimo  
nempe beatitudinem. Nuncautē  
proprius est nostra salus, &c. Et Matth. 19  
eius obseruator[es] immediate  
ingrediunt vitā aeternā. Penite  
tiā agite appropinquat enim regnū celorum. Postremo quia di  
Iesu Christi filius in hac p[ro]solut  
redemptionē gnis humani, & ob  
sequium exhibuit magis acce  
piat, quā p[ro]prium, & exhibendū.  
Idcirco præ ceteris legib[us] euā  
gelica d[icitur] habere maxima auxi  
lia, quo melius possit obferari,

hoc

# Super quartum lib. Sententiarum.

II

In eum hoc est perfectissima sacramenta  
ta. Sed quantum ad intensionē,  
id est, q̄ vere gratiam significa-  
rent, & certo darent, veluti in-  
tra axi. instrumenta quādam, & quantū  
ad extensionem; sic videlicet q̄  
homo haberet omnia necessaria  
illi ad salutem, regenerationem  
qua sit per baptismum, ro-  
borationem qua sit per confir-  
mationē, nutritionē per Eucha-  
ristiam, reparationem per poenitentiā,  
præparationem ad exitū  
finalem per extremā vocationē,  
multiplicationem fidelium carnales  
per matrimonium, & multipli-  
cationem spiritualē per sa-  
cerdantū ordinis. Hac aut oia  
a Christo (quatenus Deus) insti-  
tuta sunt sacramenta, & p Apo-  
stolos promulgata, atque fideli-  
bus exhibita, vt patet ex sacris li-  
teris. Hac proinde sacramenta  
prædictam efficaciam significā-  
divere Dei gratiam, & certo con-  
ferendi eam regulariter, id est  
omnibus eadē suscipientibus.  
Mō non ponant obicem, habent  
la 19 a Deo, tanquam a cā principali  
& effectu, quippe qui solus eo  
sum effictus causare potest. A  
Christo aut homine, seu ab eius  
passione, veluti a causa merito-  
ria, si quidē ipse solus acceptis-  
sum. Hie est filius meus dilec-  
tus, &c. Et cui ad mēsuram nō  
est collata gratia, vidimus cum  
plēnu gratia, &c. mereri potuit  
peccati remissionē, & patri nos  
reconciliare, cū ceteri filii Adae  
labe originis infecti essent. Ecce  
in iniquitatibus conceperus  
sum, &c. Vnde & pater celestis  
nil vñquā mortalibus contu-  
lit, nisi in virtute & merito hui⁹  
oblationis Christi in cruce fa-  
cta. Et pp eandem præfigurata  
in lacticijs, & oblationibus pa-

trum, ac ab ipsis implicite vel  
explicite concredītā, illi patres  
& eorum fæcīcia fuerunt gra-  
ta. Hic n. odor sacrificiorū pa-  
trum, quem odorabat pater ce-  
lestis, vñ Agnus occisus est a cō  
stitutione mundi, &c. hūtes eti  
dem spiritū, &c. Oēs cādē elcā, *Heb. v. 10.*  
&c. Iesu Christus heri, & hodie,  
&c. In hoc tandem remedio nobis  
gratis exhibito concurrerūt mi-  
sericordia & iustitia, misericor-  
dia & veritas. Primo ex parte pa-  
tris. Maxime n. misericordiæ op̄  
fuit homini inimico conferre ta  
le remediu. vnde Apostolus. Nō  
ex operibus iustitia, quæ, &c. dia, & iu  
Non ēm opera nostra, sed fecu  
trum propotitum suum, & gra-  
tiā. Maximæ etiam iustitia fuit *Ephes. 3.*  
opus pp obsequium tam gratū, *Ad Tit. 3.*  
tam grata persona, tam dilectę, *2. ad Tim.*  
hoc remediu conferre illis, pro *1.*  
quibus de persona obtulit illud  
obsequiū. Iustum siquidē fuit  
hoc acceptare, vnde Paulus, Quj *Hebr. 5.*  
in diebus carnis suæ. Ex parte  
quoque ipsius Christi fuit mi-  
sericordia maxima, & leipsum  
obtulerit pro inimicis, scilicet  
Trinitatis, Nemo tollir eam &c.  
Oblatus est &c. Item tradidit in *Is. 10.*  
mortem &c. Fuit etiam maxima  
iustitia tam in comparatione  
ad Deum, quam ad hominem  
lapsum. Quia non vilus fuisset  
intime diligere Deū & proximi-  
mū, nisi pro tanto bono, com-  
muni videlicet beatitudine ho-  
minis (ad quam eum Deus præ-  
destinaverat, nec decreuerat eā  
alio, quam hoc medio illi con-  
ferre: Qui prædestinavit &c. Nā  
quos prædestinavit &c.) velle *Ephes. 1.*  
istud obsequium exhibere: Qui *Rom. 8.*  
autem querit gloriā cius &c. Si  
honorifico patrem meum &c.  
*Hebr. 10.*  
Hostias & oblationes &c.

D I.

## DISTINCTIONE.

Quæst. I. pag. 64.

*Vtrum baptizati baptismō Ioannis  
astringerentur ad Christi baptismū  
suscipendum.*

## RESOLVITIO.

*Baptizati ab Ioanne non debent Christi baptis-  
mate ab aliis.*

*P*rosteaquam Christus suum instituit baptismā, si ei⁹ for-  
ma Ioannis Christi discipulos, aut  
alios innotuerit, & deinceps hac  
forma vius fuerit videlicet, Ba-  
ptizo te in nomine Patris, & Fi-  
lii, & Spiritus sancti Amen, ba-  
ptizat ab eo, nequaquam re-  
baptizari debebant, liceat explicite  
non credenter in personā trinitatis modo ad eſſer intentio  
suscipiendo, quod per ipsum  
baptismum conferebatur. Sin  
autem alia forma baptizas vius  
fuerit, vt puta, Baptizo te in no-  
mine venturi, vt magister deduc-  
cit, & Alexander Alensis, ac S. Thomae  
ex. 19. aet. vbi dicitur. Ioannes  
baptizauit baptismō poenitentia. Aut nulla profrus forma  
vius fuerit, vt refert Durandus,

n. 19. aet.

Ioan. 3.

Ioan. 3.

& Gabriel Biel dicentes, non ex-  
plicari formam ipsius Ioannis, sed ipsius doctrinam, nemp-  
quod predicaret & penitentiam, & fidem in venturum Chri-  
stum: quiclibet venisset quantum  
ad assumptionem naturę hu-  
manę, necdum tamen erat mani-  
festatus, iuxta illud, Illū oportet  
crescere, me autem minui:  
Haud dubie ab eo baptizati  
Christi baptismō initiari debe-  
bant, Tum ut satisfacerent ge-  
nerali Christi præcepto, Nisi  
quis renatus fuerit, &c. vt hoc

medio fierent ecclesiæ mem-  
bra, & communicarent cum  
alijs in communī exteriori fi-  
gno, Tum ut recipierent gra-  
tiam, quam Ioannis Baptista  
haud conferebat, iuxta illud,  
Ego baptizo in aqua &c. & Ioan-  
nes quidem baptizauit aqua &c.  
&c. Erat quidem Ioannis ba-  
ptisma preparatio quædam so-  
lum ad Christi baptismā, vt iam  
assuefacti hoc ipius baptisma  
minime abhorrenta Chri-  
sti baptismō. Hoc item medio  
Christus erat manifestandus in p̄ se  
Israēl. Propter has quinqueratio  
confron-  
tationes erat baptizādi, licet crede-  
rent ipsam trinitatem. Siquidē  
in hoc errauit Magister aſſe-  
rās oppofitū. Et si aliquis ba-  
ptizauit Ioannes vtrē forma En-  
tū Christi, non credentes ipsam tri-  
nitatem explicite, non erant de-  
nuo baptizandi, sed intruendi,  
& conſirmandi in vera fide.

## DISTINCTIONE.

Quæst. I. pag. 67.

*An baptismi definitio data a Magi-  
stro fit bona.*

## RESOLVITIO.

*N*ihil prohibet bapti-  
mum definiti de-  
finitione quid rei,  
quaq; quidem Ari-  
stoteli ſola eſt pro-  
prie definitio, niſi quia non eſt  
ens reale, id eft non habet eſſe  
ab illo actu intellectus, & volun-  
tatis diuina: Quare eft quædam  
relatio rationis, quaq; habet pro-  
fundamento, vel aquam tantum,  
ſeu ablutionem, accendeſe ni-  
hilominus ministri intentione,  
& verbis a Christo institutis, tam  
quaq;

# Super quartum lib. Sententiarum.

13

Quam circumstantijs conceomtantibus ipsum fundamentum: vel habet pro fundamento ablitionem simul & verba, quod est verisimilius, cum verba sint praecipua pars ipsius baptismi, Iuxta illud Christi, Vos mundi estis proper sermonem &c. Et interpretationem illius loci secundum Beatum Augustinum. Iuxta quam diuersitatem fundamenti, variae dantur a Scoto definitiones, quæ tamen idem prositis significant, & exigunt: Magistrum tamen definitio accipit ablutionem ipsam solum pro fundamento: Quæ quidem bona est, modo sic compleatur. Baptismus est ablutione hominis, aliquiliter consentientis, facta ab alio in aqua, simul verba certa cum intentione debita proficiente, significans efficaciter ex institutione ablutionem animæ a peccato.

## DISTINCTIO. III.

Quæstio II. pag. 69.

Vtū hac si præcessa baptis informa,  
Ego baptizo te in nomine patris,  
& filii & spiritus sancti, Amen.

## RISOLVATIO.



Vm sacramentum denotet ens per accidentem, relationem videlicet cum suo fundamento, for-  
mam propria sacramenti est ipsa relatio signi ad signatum, materia vero sacramenti est ipius fundamen-  
tum, nihilominus, qd ad ipsum fundamentum baptismi plura co-  
currunt, aqua videlicet, seu ablutione, & verba: Si hec inter se cōf-  
tare, verba dicent forma baptis-

mi, & aqua seu ablutione materia.  
Nā verba sunt magis p̄cipua, &  
spiritualia, ac efficaciora, iuxta il-  
lud Ioannis, Vos mundi estis pp  
sermonē &c. Et August. Verba Lib. 2. de  
inter homines obtinuerūt principi dicit. Cibi-  
pati in significādo. Quenā por- Ali. c. 1.

ro sint verba ad baptītūm neces-  
saria, hand dubie aſsequens, si  
in sacramēto bifariā quqdā ex-  
penderis, id est ex parte mini-  
stratis sacramētū, Deinde ex par-  
te ipsius sacramēti. Illa aut̄ di-  
cunt necessaria ex parte mini- Necessa-  
tri, quæ si minister nō obſerueret, ria ex par-  
offendit mortali noxa, licet p̄pte te min-  
rea sacramētū non minus cō- ſtrumentis sa-  
pleat. Et quantū attinet ad p̄- cramenta.  
positū, Minifter latinę ecclesię  
hanc formā seruare debet, Ego  
baptizo te in nomine Patris, &  
Filiij, & spiritus sancti Amē. Illa Necessa-  
aut̄ dicunt necessaria rōne sacra ria rōne  
mēti, q̄ si nō ob seruēnō con- sacramen-  
fers sacramētū, vt sunt verba p̄ tu-  
cipua huius formę, videlicet in  
uocatio trinitatis expressi ver-  
bis, & verba quibus significantur,  
& fuscipiens. Sed non est necessa-  
tū absolute ea exprimi verbo in  
dictationi modi, & nomine secun-  
dē personę, cum gręci alter ea  
exprimētes vere baptizent. Quā-  
tum autem ad mutationē, que  
sieri potest horum verborum, di-  
citur quod si mutentur quan- Mutatio  
tum ad substantiam, & loco co- forme que-  
rum ponantur alij termini, di- impedi fa-  
uersum omnino habētes significādo  
catū, vi in nomine Petri, & Pau- baptym  
li &c. non conferetur baptītūs: conferre.  
vel si ponantur alij termini idē  
significantes, sed tū alijs ratio-  
nibus, vt in nomine Genitoris,  
geniti, & spirati, qui immedia-  
te significant personarum pro-  
prietates: Pater vero, Filius, & Spi-  
ritus sanctus significant principi-  
cipia-

cipaliter ipsa supposita subsistētia in essentia diuina: Nec si baptizetur in hoc nomine trinitatis. Quantum ad nomen Christi, dubium an sit baptizatus, nō c̄set vere baptizatus, quare rebaptizari debet sub conditione. Deinde si intentur hāc verba quantum ad quātitatem, & addatur quidpiam repugnans verbis principalibus, aut diminuēs, vt in nomine patris maioris &c. non sit baptifinus, nec si ponatur conditio falla, vt ego baptizo te, si sum omnipotens, nec si v̄tatur oratione distinctiua, vt ego baptizo te, vel illum. Si autem fiat interpositio, qua non interrumpat unitatem formæ, non definit idcirco baptizatus esse. Si vero subtrahatur quidpiam ex verbis principalibus, & id fiat debita opera, aut ex negligencia, rebaptizandus est. Tertio si mutetur qualitas congruitas orationis modo id fiat ex ignorantia linguae latine, aut balbutia, non definiūt esse verum baptisma. Postremo si fiat varia-  
tio quantum ad vbi, & hāc di-  
ctionum transpositio variet om-  
nino substantiam ipsius oratio-  
nis, vt Ego primo baptizo te in  
nominis filii, nihil confertur. Si  
vero non mutetur propterea sen-  
sus orationis, vt Ego baptizo  
in nomine filii, & patris, verus  
est baptismus. Id tamen in om-  
nibus perpetuo obseruandum  
est, quod si varians quoconque  
modo hanc formam, intendit  
vti his verbis, quibus vtitur tan-  
quam forma ecclesie, praece-  
non baptizat, quia intendit in-  
ducere errorem contra Eccle-  
siam fidem? Ideo non habet Ec-  
clesia intentionem: insuper &  
ipsum ecclesiam errare arbitra-

tur, quare nihil conferit, Quia sa-  
cramenta administrantur in fi-  
de, & intentione ecclesia, quam  
talis non habet.

### DISTINCTIO III,

Quesit. IIII. pag. 76.

Vtrum aqua naturalis, & pura si-  
 sola baptisimi materia.

### RESOLVITIO.

**M**ateria baptisimi ( si Baptis-  
tis proprie vocem ac-  
cepereis, nempe pro  
altera cōpositi par-  
te) est totum quod  
in baptismo est sensibile, videlicet  
aqua & verba, & huius ma-  
teria ratio, qua dicitur signum,  
est forma. Verutamen, quia in  
illo toto sensibili aqua est mi-  
nus principalis, & determinabili-  
lis, idcirco dicitur respectu ver-  
borum materia baptisimi, sed re-  
mota tamen. Ipsa autem ablū-  
rio propinquus est. Materia si-  
quidem ipsa cum verbis, tan-  
quam signum propinquum si-  
gnat baptisimi effectū. Nō oportet  
autem hac ablutione corporis  
fordes ablui, sufficit enim  
quod actiue ab alio fiat. Aqua  
autem ( quam dicimus renōta  
materiali ) naturalis esse debet,  
vnde artificialis ad id minime  
conuenit, propterea quod si al-  
terius speciei à naturali aqua.  
Quod sāne colligitur ex diuersi-  
tate qualitatum vtriusque secun-  
dum totam speciem. Siquidem  
cuncta individua aqua artifi-  
cialis aliquas habent qualitates,  
qua in nullo aqua naturalis in-  
dividuo reperiū possunt. Debet  
insuper esse pura, hoc est aliena  
à mixtione, qua alteret & variet-

cius

# Super quar tum lib. Sententiarum.

15

eius speciem. quia si per aliquam constituantur extra speciem aquae, non potest esse conueniens baptisma in materia, vt patet in salvia, vixna, & alijs humoribus per digestionem resolutis. Si autem foret mixta per juxtapositionem solum, sic quod ea mixatio non variaret aquae speciem, nec impediret eam esse conuenientem ad ablendum, posset ea in baptisimus fieri. Vnde consequitur in glacie, iuie, grandine, & aqua existente in spongea, aut luto &c. non posse fieri baptismus, quia aqua in illis existens potest quidem corpus contingeret, sed non ablueret. Quare si non possit aqua abunde haberri, comprimenta sunt illa primū, deinde puer baptizandus ex aqua illinc educta. Horum au-

Matt. 28.  
Mat. 10.  
Bapt. 10.

tem ratio est ipsa Christi institu-

tio dicentis, Baptizates eos &c. & alibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Alias eius rei causa habes in Scoto super Magistrum, videlicet figuratas, & prophetarum oracula,

DISTINCTIO III.  
Quart. IIII, pag. 81.

Vnum baptisimi institutio circuncis-  
sione eua cust:

R E S O L V T I O .

  
Vanquā Scotus ver-  
tat in dubium tē-  
pus institutionis ip-  
sius baptismatis, ta-  
men facile conisci  
tur ipsum fuisse institutum, &  
primo promulgatum, cum Chri-  
stus à Iohanne in Iordane bapti-  
zatus fuit. Habetur enim in de-  
creto, de consecrat. distinct. 4.

cap. Per aquam baptismi §. non *De consecrata aqua, nisi Spiritus sanctus erat, diff. descendat*, quia tum Christus *¶ ca. Por* formam baptismatis dare venit *aquam ba* ad Iohannem, & est testis Am- *pitsmi.*

brosius. Idem etiam confirmat glossa cap. Ex quo instituta est. *Lib. de sa* His accedit & Hieronymus di- *cramētis.* cens, Ipse Dominus noster Ie- *Tom. 2. at* sus Christus statim, vt caput ex- *uris Lu* tulit de fluente Spiritum san- *eferia --* etum accepit, non quod vñquā *nos.*

sine spirito sancto fuerit, sed vt illud verū nobis monstraret es- se baptismus, quo Spiritus san-ctus adueniat. Vnde & manife- stum euadit Christum ipsum proprio baptismo fuisse ablu- tum, nempe in nomine patris, & filii & Spiritus sancti, amen. Fuit *Baptisma* autem ipsum baptismus, primo fuit *sub cō* quidem sub consilio datum, & *silio.*

id potissimum cōgruebat, quan- doquidem euangelica lex per- fectissima est, quamobrem non debuit stricta obligatione sta- tui: Pollicetur adeo ingentia, & ampla beneficia, quæ sufficiunt homines (etiam abique pecca- to) ad eandem & recipiendam, & obseruandam alliceret. Pro- pterea Christus ipse benignus *Matt. 15.* mortales ad se aduocabat di- cens, Venite ad me, & Aposto- *Cor. 6.* lus, Hora tur vos &c. Et Iohan- nes in priore canonica, per to- tam epistolam humanissime hor- tatur fidèles. Adde quod & syna goga sepelienda erat cum hono re, non statim depellenda, sicut idolatria, quæ mala erat. Dein *Baptisma* de & sub precepto prædicatum *sub præce* fuit baptisma, Iesus nunquam *pte.* necessarium fuisse ipsum fusi- pere. Et hoc prædixit Christus *Ioan. 3.* dicens Nicodemo, Nisi quis re- natus &c. Ligeret igitur iam insti- tutum fuisse a Christo, nemo

ta-

tamen ad ipsum adstringebatur, priusquam sufficienter probatum fuisset Iesum hunc Nazarenum verum esse Messiam p miracula quae edere debebat, iuxta prophetarum vaticinia, & constaret ipsum instituisse hoc baptisma, ac proinde circumcisione esse abrogatam. Siquidem nullus aliqua lege positiva, & data constringitur, quin fuerit illi debite prius manifestata, secus de lege naturali quae insculpta est nostris cordibus, quare non eger extero promulgatore. Tempus vero, quo ipse baptismus erat diu taxat sub consilio, fuit a prima eius promulgatione facta in baptismo Christi, vñque ad sufficientem euangelij promulgationem, qua Hierosolymis quidem facta fuit in die Pentecostes, Samaria post annum a Christo passo, vt habetur in actibus Apostolorum. Cum audirent Apostoli &c. Ephesi decimo-

Act. 8.

quarto anno, vi patet, ex actibus Apostolicis, Paulus aurem operam gravis &c. Alijs autem urbibus, & nationibus, cum ad eos peruenierunt Apostoli, aut discipuli. Post celebrem hanc euangelij predicationem fuit baptismus sub praecipto, his quibus innotuerat Eo igitur tempore, quo consultus erat baptismus, revocata erat iam circuncisio ipsa quantum ad necessitatem, at non quantum ad licitum, & vietum adhuc. Sed liebat, ac sufficiebat alterum illorum recipere. Cum vero praecipitus fuit baptismus, non amplius fuit circumcisio vilis, nihilominus permittebatur, vt hac sancta prudenter, & spiritus sancti consilio paulatim iudei abducerentur a legi ipsa, & perducerentur ad

Christum. Hoc etiam consilio, & ipsi Apostoli cam etiam Christo passo obserabant, vt pater ex aliis Apostolorum de Petro Ad. 11 dicente, quod nihil immundum sit, vñquam comedisset, & de Paulo circuncidente Timotheum, & Luc. 11 semetipsum purificante, ac de mulieribus preparantibus vnguentu, quæ sabbato quidem queuerunt. In hunc finem, & Apostoli omnibus siebat omnia. Ait enim, Nam cū liber essem &c. Addit quod Christus non veniebat personaliter in carne ad dictum soluenda quæcumque legis precepta, sicut dixit, Non sum missus nisi ad oves &c. vt videlicet diffundat peccatum in propria persona, ita gen. & hic. Vnde non dici non soluā, Matt. 11 sed non veni soluere. Et in actibus Apostolicis testes contra Stephanum dicunt Stephanum dixisse, quod Iesus Nazarenus mutant traditiones, in futuro dicunt, mutant, non mutant in praterito. Christus etiam Samaritanæ dixit, nec in morte hoc &c. Vbi futuram absolutionem significavit a ceremonialibus: Cum his quod suapte natura vinculum legis cluserit expiatio aduentu Christi, quia data erat lex, donec veniret semen. Cum autem obiiciuit Paulum Petru restituere in faciem Antiochiae ob id, quod obseruaret legem, vt scribitur apud ipsum, Peter in Paulum. Respondet cum Augustino, quod merito id fecit semetipsum. Quandoquidem post recessum tertium concilium Hierosolymis celebratum, de quo in actibus Apostolicis, non expediebat inter gentes legem obseruare, cum oppositum iam ab ipsis Apostolis simul esset decretum: Quare Petrus ipse, qui antea con-

# Super quartum lib. Sententiarum.

17

conuescetatur cum gentibus, & ad egiuntibus. Iacobi discipulis se ab illis segregavit, pec-  
cauit, sed venialiter duntaxat, quia id fecit ex pusillanimitate, timens offendere discipulos la-  
cobi, quod tamen timere non debebat, cum esset eorum pra-  
latus. Si dixeris postremo cir-  
cuncisionem datam Abrahæ in  
fædus sempiternum, Respon-  
deo, præter dissolucionem Sco-  
tij, quod Olam Hebraicæ, id est  
seculum, Latine non significat  
omnino perpetuatæm, cum  
etiam spatum quinquaginta an-  
num vocetur, Olam. Quem-  
admodum dicitur in lege de  
seruis, Sceniet ei in seculum, id  
est vique iubileum. Ita & hi  
significatur tempus vique ad  
charium, veluti & Paulus lucu-  
lenissime explicat in epistola,  
qua est ad Galatas,

caterua. Ad huius autem pec-  
cati detestationum ( que ne- Baptisma  
cessaria est ad salutem ) bapti- parvuli  
zandi sunt parvuli ipsius Chri- conferendū  
sti præcepto, Nisi quis renā- Ioan. 3.  
tus fuerit. Siquidem, cum Chri- Matt. vlt.  
stus præcepit Apostolis, vdo. Mar. vlt.  
cerent prius baptizandos, & ab-  
eis prius exigerent fidem, sole.  
clarius est ipso contextu, quod  
ista experientur in ipsis adultis,  
qui & doctrinae sunt capaces, &  
fide ( qua est exaudienda ) euan- Rom. 10.  
gelio assentiri possunt. In ip-  
sis autem parvulis infusa des-  
ideratur & sufficit fides, sine  
qua profecto nullus Deo place. Heb. 12.  
re potest.

## DISTINCTIO IIII.

Quæst. 2. pag. 92.

*Virum parvuli baptizati baptis-  
mum effectum recipiant.*

## RESOLVITIO.

Vm post primum  
parentis peccatum  
de potentia ordi-  
nata nulli culpari  
remittat, cui non

donet simili, & gratiam, conse- Baptis-  
quitur puerum ipso baptismate effectu par-  
te nedium liberum fieri a labe nulli reci-  
originali, sed & recipi in Dei priu-  
fauorem gratia diuina perce-  
pta. Id autem naturali ratione  
nequam cōmonstrari potest,  
sed fide solum, qua assentitur  
his q̄ nobis in sacris literis appo-  
nuntur. Dixit aut̄ Christus, Qui Mar. vlt.  
crediderit, & baptizatus fuc- Act. 2.  
rit &c. Baptizet vñquisq; &c.  
Quicunq; baptizati sumus &c. Rom. 6.  
Quicunque baptizati es̄t &c. Gal. 3.  
Sicut in Adam omnes moriun- 1. Cor. 15.  
tur &c. Ad huc Deus in veteri Gen. 17.  
Refolut. 4. B 1c

**S**Acris literis mani-  
festū euadit puel-  
los labem originis  
contrahere, cū as-  
seueret Paulus, q;  
omnes peccauerunt, & per vnu  
hominem peccatum in hunc  
mundum intravit &c. In Adam  
omnes moriuntur &c. Eramus  
natura filii ire &c. Et Psalmi-  
sta, In iniquitatibus conceperus  
sum &c. Et Job, Quis potest  
facere mundum de immundo  
concepimus semine? &c. Subscri-  
bit beatus Augustinus, & tota  
vetrum patrum Catholicorum

lege circumcidit iussit infantes, ut infereretur synagogæ, & adjicit pactum promissionis; Ego Deus &c. Ergo per baptismum ( qui circumcisioni successit ) pueri inseruntur ecclesiæ, extra quam non est salus, ne excludantur a regno Dei, quod Christus ad eos pertinere aperte assertuit. **Math. 9.** dicens, Simite paruulos &c. Nō. **Mar. 10.** est voluntas &c. Videte ne conténatis: Quibus verbis testatur paruulos Deo placere, & p. Deū custodiri. Et sicut paucū circumcisionis, non ideo minus ad infantes pertinet, p. non intelligerent quid ageretur, ita ne baptismus propterea minus valet in infantibus, p. nondum intelligent pactum gratiæ diuinæ, quo remittitur illis peccatum originis. In fide enim Ecclesia, qua nuncquam deficiet, promissore Chri-  
**Mat. 10.** sto, Ego vobiscum sum &c. **Eze. 25.** Item, rogau pro te Petre &c. Apud Iohannem quoque promisit Spiritum veritatis mansuum cum fidelibus in æternum, per verbum credentis, tinges, offerentis, etiam tantilli mandantur infantuli, quamvis nondum corde credere valentes ad **Opif. 2. ad Rom. faciat** recipiunt quoque a vna cum peccati remissione fidem, spem, & charitatem, qua a Deo illis inde funduntur in baptismate, quibus sane habitibus Deo placet, **spes et charitas** ac potentia animæ ipsorum decorantur, ac perficiuntur, ut pueri intellectus habeant, voluntas vero fpc, & charitate. Hi tamē habitus soli, abique acquisitis correspondentibus minime sufficiunt, cum peruerterint ad annos discretionis, ut credant, sperent, & Deum diligant. Propter ea p. non habeant secum spe-

cies obiectum representantes, sicut habitus acquisiti, qui ex actibus generantur.

### DISTINCTIONE. IIII.

Quæst. 3. Pag. 94.

*Vtrum parvulus in matris utero existens baptizari possit.*

### RESOLVITIO.

 Vm ex doctrina Xpi ad Nicodemum, baptismus quidam resipit renascentia: At in vno quippe ad eum, item, nisi quis renatus fuerit &c. Et ad assertore. Apostolo Deus, qui sua est misericordia, nos salvos, confecit per lacuacrum regenerationis, nec prius quod spirituale, sed quod animalie, deinde quod spirituale: manifestum evadit puerum omnino in maternis adhuc visceribus conluctum, cuius inquam nulla extinsecus pars appareret, non posse baptizari. nec enim in cœlum est, q. sit ( vt nonnulli assertuerunt ) causa sua corruptionis coniunctus ( nempe matre ) quia consimilatio in carnatione magis illi propria caro etiam cum est extraverum observet, atque impedit. Sed ratio definitur ex praedictis sacra scriptura locis, & ipsius baptismi definitio inde collecta. Et enim corporis ablutio exterior. Accedit his canon. Qui in maternis, item, si baptizata, Ex quibus facile col. De ligatur puerum aqua contingit debere, ut baptismus renouari possit. Non est tamen necessarium parvulum prorsus extra uterum eductum fore, ut baptizari valeat. Quandoquidem si

# Super quartum lib. Sententiarum.

19

aliqua sui corporis pars prominet, baptizari iure potest, & si ea pars principalis fuerit, quale est caput, in quo nedium tota anima, sed & omnes sensus exfluit, rebaptizari non debet. Si autem aliqua minus principia, viputa manus, aut pes, si superius, optimum fuerit rebaptizare, sub conditione tamen, ut doceatur extra de baptismino, & eius effectu. Si vero moriatur, commandandus est Ecclesiastice sepulture, pique credendum. Deum sua clementia supplicare, quod humanis viribus supplici nequivit. Non enim sacramentis suam alligavit omnipotens. Subiect illi posse, cum volunt alia via, quam baptismos parvulus subuenire, ut factum legimus de Hieremio Propheta, ad quem ait, Tuisquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, sanctificauit. Et de Ioanne Baptista, de quo Angelus ad Zachariam, Et spiritu sancto replebitur. Nec desunt nonnulli, qui etiam id collatum fuisse Iacob Pattiar chz, ac Iosepp virginis Mariae sponso pie credant, sed ex sacris minime constat.

## DISTINCTIO. IIII.

Quæst. 4. Pag. 96.

*Potuisse adulst etiam si non consentiat, baptismi effectum suscipere.*

## RESOLVATIO.

**N**ter adulst reperiuntur dementes aliqui, quibus semper ademptus fuit rationis vius, & hi

mox baptizandi sunt, sicut & parvuli, si desperatur de eorum conualescentia: & si esset spes aliqua conualecens, & esset præcudubio differtendum ipsum baptisma ad illud usque tempus, quo illud cum maiori reverentia suscepient: Si fuerit quispiam, qui alias vias fuerit ratione, imprudentia autem non viatur, si sane, si dum vteretur ratione, consenserit, seu decreuerit baptizari, & ab hoc sancto instituto minime resiliuerit, eis baptizandus. Nam censetur ha bitualiter consentiens, & is ad debitam susceptionem consensus sufficit. Veruntamen, si esset spes conualecens, præstolandum foret. Si esset habitualiter dissentiens propterea videlicet & dum ratione vteretur, ab horrebet baptismum, non est baptizandus, nec quidpiam illi predict, si baptizetur. Adultus a ratione evens, si non consentiat negativa (hoc est habeat actualēm consensum) & contrarie, hoc est habeat actualēm dissensum, ac respiciat ipsum baptismum, non recipit sacramentum. Nam ait Dominus per sapientem, Præbe mihi cor tuum. & Augustinus, Qui creauit te, sine te &c. Proverba. Et perinde est, si reclameret, sive quantum ad Deum, qui scrutatur corda. Non reclamantem tamen ad legis euangelicā obseruationem astringit ecclesia, que semper exercitores actus interpretatur in potiorem partem. Si vero quispiam secundū quid dissentiat (cuiusmodi foret is, qui ne amitteret bona temporalia baptizaretur) & simpliceriter tamen consentiat baptismum & sacramentum non ut puram ablutionem recipere, ve-

B a re

20 Resolutiones Ioani. Duns Scoti.

ze est baptizatus. Debet nihilo minus de illo diligenter conditionaliter penitire. Si quis autem consentiat negatiue tantum, ut puta, quia dum baptizatur est distractus circa alia, habeat tamen consensum virtualem, aut habitualiter, baptisimi suscipit effectum. Difficile siquidem foret in sacramentorum susceptione, aut administratione nullatenus distrahi. Et ad hanc difficultatem noluit nos Deus obligari, cuius mandata graria non sunt. Iugum enim eius suauis est &c. Tamen si quis esset omnino non consentiens, nec dissentiens, tam actualiter, quam habitualiter, & tamen non intentione, non esset baptisimi capax. Siquidem cum ratione vtratur, debet ad ipsum aliquam habere deuotionem.

*i. Ioani.  
Math. 1*

DISTINCTIO. IIIIb  
Quaest. 5. Pag. 100. Nihil  
ad baptismum pertinetur  
Recipit ne baptisimi effectum fidus  
nihil ne adulterio. Item  
Incedit ministratio sacerdotum  
RESOLVITIO. munc  
  
Iustus, qui est hypo crita, dicitur, qui aliud exteriorius praefert, quam interiorius corde intendat. Quemadmodum iudeo quibus Psalmista, Ore suo benedicebant, & corde suo male dicebant. ex quorum albo Symon Magus, & Pharisaei, quibus im properabat Christus, Ve vobis, qui estis similes sepulchris dealbatis. Item, Populus hic labitis me honorat &c. Potest autem in baptismo fictio bifarium interuenire ex parte baptismum suscipientis, Primum ut significet verbis, aliquo extensis actibus leviter baptismum, sicut conferitur ab ecclesia, suscipere, intentionem autem hanc non habeat in corde, Is dubio procul non recipi sacramentum, quare si resipuerit, rebaptizandus est. Cogetur tamen ab Ecclesia ad legis euangelicas observationem. Deinde potest esse fidelis, communistrans se esse dispositum ad suscipiendum ipsum baptismum, ut puta quod habeat veram fidem, & ei præterea peccata displiceant, cum tamen contrarium existat, & veluti peccet inter suscipiendum baptismum, aut nullo modo doleat de admissionis peccatis. Is certe baptizati quidem characterem insipit, quare ne calundo est rebaptizandus, ac peccatorum remissionem, & gratiam nullatenus habet. Quia spiritus sanctus disciplina erigit factum. Deinde item Chrysostomus, Deus non carnibus non cogit, sed volentes iste deuotus trahit. & Augustinus, Qui crea te, dicit, ut fine te, &c. Quoniam namque fictus possit post peccatorum remissionem, recipere, cum baptizari nequeat, dicunt quod per penitentiam, per quam quidem deletur talis fictio, seu peccatum, quod fuit huius causa fictiois. Alio vero peccata baptisni virtus delentur, qui tunc (cum eum vere penitent) suam habet efficaciam. Alio vero placet huius fictio. Ao vero penitenti maiore conferri gratia, qd si penitentem de commissis post baptismum, eo (ut dicunt) qd talis penitentia includat perfectionem gratiae penitentialis, & baptismalis. Alio autem

*Fidelis an  
baptismi  
effectum co  
sequatur.*

*AB. 8.*

*Matt. 13  
Matt. 15.*

# Super quartum lib. Sententiarum.

27

trato afferunt, quod is quem penitentia peccatorum post baptismum commissorum (in quo suscipiendo non fuit factus) tantum recipit gratiam, quantum is qui fide fuit baptizatus; & postea resipicit, propterea quod restituatur illi omnis gratia, a qua cediderat, & insuper gradus aliquis correspondens sua penitentia, & hoc recipia, si feruens fuerit penitentia, vel in acceptatione diuina, si remissio poenitentia. Mihi vero postremo magis aridet assertio, nempe eum qui fide baptisima suscepit, & postmodum poenitentia, non ampliore suscipere gratiam (ex teris paribus) quam si non fuisse in baptismo factus, & postea caderet in peccatis, & per penitentiam resurget, quia que penitentia, & de eisdem, aquilis debetur gratia, Quare nec bis quispiam baptizum virtutem suscepit, cum eius susceptio mortua fuerit, sed absoltus est ab hoc praecipio.

## DISTINCTIO. I.I.I.

Quaest. VI. Pag. 104.

Vnum tam iustificatus tangatur ad baptismum susceptionem.

## RESOLVATIO. hanc

Onstat ecclesie universalis doctrina baptismi effectu, nempe peccati remissionem, & gratiam (cum non se se offerat occasio sacramenti suscipiendi) alter haberi posse, ut pura sanguinis pro fide (ex Christi euangelio) institutione, afferente Christo,

qui me confessus fuerit. Totus quoque Augustinus in hoc est, Mat. 10. dicens baptismi vicem aliquando supplere passionem, ut in illo Baptismi latrone, qui et si non fuerit inactus vicem super ty quantuh ad cauam, fuit plerumque tamquam quantum ad voluntatem. Deinde & fides cum cor fides. dis conuersione, seu poenitentia, baptismi vicem supplet, ut ex eodem exemplo sanctus deducit Cyprianus. Accedit & Cyprianus Apostolus, Qui priusquam baptismo lauaretur spiritum sanctum Rom. 10. etum recepit, nihilominus quaecunque via alia a baptismo fuerit quispiam iustificatus, adstrinxitur ad baptismum affectu, seu voto, & cum dabitur facultas ad ipsum recipi suscipendum, iustificatio & tunc grauissima quaeque pro Christus baptismo subierit supplicia, modo supra maiestatem. Huius autem potissima causa est. Christi preceptum, Mat. 5. Deinceps & obediencia meritorum, quae sacrificio profertur. 1. Reg. 18. Tertio humilitas, quae quilibet debet se peccatore exitimare, iuxta illud, Cum feceritis &c. Lue. 17. Quarto proximi adiustatio, ob quam debet prouidere bona, nedum coram Deo, sed coram omnibus hominibus. Postremo, quia debet medium facilius, & certius ad anima salutem procurandam assumere, secus iudicaretur, aut gratiam contener, aut eam non admodum existimare. Additum & Apostoli fuere a Christo, aut a se in unicum baptizati, quemadmodum teneret B. Augustinus, & doconfessus habetur in decreto. Debebant diff. q. can. enim, sicut & Christus, prius facti alii sunt, decide posse. Siquidem qui fecerit, & docuerit &c. & seq. Idem etiam credimus pie de Mar. 9. Virginem, cum voluerit, & purificari

rificari iuxta Mosis legem. Nec tamen frustra baptismus a iam iustificato suscipitur, quandoquidem illi, vel gratia, vel merita, dum obediens diuino praeproto, accumulantur. Ipsum denique sacramentum in tali haud est incertum signum aut falsum, cum non significet gratiam semper concedi tunc, sed vel concedi, vel iam collatam, qualis fuit in Abrahamo ipsa circumsilio &c.

## DISTINCTIONIS III.

Quæst. VII. Pag. 106.

Recipiunt ne ex aqua baptismi effigium quicunque baptizata ipsum debite suscipiunt?

## RESOLVATIC.



Vñuis iuxta Diui Bonanenturæ, ac Richardi assertiōnem, plures sint baptisi effecti: quodrum charactere quidem, & omnis culpe ac pœna amotio ex aquo omnibus conferuntur, formes vero eorum sententia in omnibus adultis (licet bene in parvulis), non aequem remittitur, sed amplius in eo, qui maiorem recipit gratiam. Veruntamen cū p̄cipius baptismi effectus (quæ Baptismus idcirco vnicum ponit Scotus) effectus ait sit gratia, ad quam dubio prout in omnibus acul efficiendam Deus ipse, ut cā p̄cipua & efficiens, Christus ut cā meritaria, baptizatus, ut suscipiens concurrunt: & habita signatim cuiuslibet horum trium ratione, possit inæqualis gratia baptizatis exhiberi. Primo ex parte Dei, qui potentia suam sacramentis minime alligavit. Quo circa unum quam alter-

ri maiorem conferre valet. Deinde ex parte Chilli, qui poruit suam passionem efficacius proximo quam pro altero parti offere. Postremo ex parte suicietis, qui (si adultus fuerit) potest scipium melius ad sacramentum altero disponere. Si parvulus, potest iuuari precibus deuotis, aut parentum, (vt B. Nicolaus) aut baptizantis, vt saltē aliquod donum gratis datum recipiat, cum gratiam nullus mereatur ei, qui non cooperatur. Nihilo feci si habuerimus rationem sacramenti duxatae, & decreti diuini (arbitramur siquidem Deum statuisse determinatum gratia gradum, se collaturum præcise ratione signi a seculo in statu, baptismi gratiam recipere). Propterea si adultus quippe maiorem parvulo, aut alio ad ultro minus disposito (aliae circumstantie interueniente) gratiam consequatur, non erit hic excedens gradus ipsi sacramento, sed illi circumstantie, tanquam medio adscribendus: Nam effectu gratia a solo Deo datur. Hac autem assertio, nempe quod vi sacramenti æqualis detur gratia, auctri potest ex eo, quod omnes id recipient sacramentum. Et quia vincus est eius institutor, Christus videlicet. Huc accedit, quod habet Apostolus, Cum n. 1. gloriarentur Corinthis de baptizatis, diuisus est (inquit) Christus &c. Quasi dicat non maior est virtus in uno, quam in alio. Item. Vnicuique nostrum data est gratia secundum dum mensuram donatis nisi Christi.

# Super quartum lib. Sententiarum. 23

DISTINCTIONIS III.

Quæst. IX. Pag. 106.

Sintne iudeoram parvuli, ac aliorum infidelium iniurias etiam parentibus baptizandis.

## RESOLV T I O.

 Vanus primatus qui uis nequeat ab infidelibus proprios vi auferre liberos, cū nullum in eos habet dominium, Nihilominus summus magistratus, ut Papæ, Imperator, aut Rex (affertore doctore subtili) licite id agere potest, quantum ad eos, qui illi subduntur, propterea. ¶ Dens maius habeat in hos liberos & parvulos dominium, quam ipsi parentes, quod sane Uei dominium protegere ac vindicare debet magistratus, potiusquam parentes: veluti efficere debet, statius superiori obediatis quis domino, quam inferiori, caue tamen deberer, ne id in puerorum dispendium, aut fidei Christianæ contemptum vergere. ¶ His accedit quod post aliquæ generationes, fieret tota illa generatio Christiana. Postfunt & haec addi rationes, qd Si pater vellit, aut aliis parvulum occidere, aut aliud inferre corporale nocumentum, tenetur quis eum eripere, ergo & a morte, & damnatione æterna. ¶ Deinde abutens suo iure, potest eo meritio priuari, Sed ita est impræfencia, cum pater deberet educa res filium, iuxta doctrinam Apololi, in fide & timore domini. Igitur merito potest illi auferri pueris baptizanda, ¶ Tertio in vocens iniuste condemnatus po-

test licite eripi a morte, Sed hic parvulus adjudicatus est aeterna morti ab illo que actuali culpa propria. Ergo liberari debet.

¶ Quarto videns aliquem proprio iugulantem gladio, debet ab eo gladium auferre, sed magis deliquerit pater non permittens filium baptizari, quare debet illi obsistere, ne parvulus spiritualiter moriatur. ¶ Insuper matrimonium infidelium dis solui potest, ut habeat apud Paulum, si alter discesserit a Christianismo, Ergo & vinculum patris, & filij propter eandem rationem. His autem & consimilibus rationibus respondent qd aduersam & potiorem tutantur parentes, hæc quidem fieri debe re, cum iuste fieri possunt. Iuxta illud Deuteronomij, Quod Deut. 18. iustum est, iuste exequaris. Si autem proles auferretur parentibus, ante quam habeat rōnis visum, fieret contra ius naturæ & diuinum, quod habent parentes in parvulos, & quo ad corpus, & quo ad animam. Quod si obieceris illud Luca, Compelle eos intrare &c. Respondet illud non intelligi de compulsione violentia, sed efficaci monitione, & rationabili inductione, conformatum ad illud Apostoli, 2. ad Th. Argue, obsecra, increpa & cæte, 20. 4.

Ad Augustinum dicetem,

Quod terror legum multos compellet ad gratias a-

gę.

dum Deo, Responde tur ipsum loqui de iam baptiza tis.

B 4 SCH

24 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

SCHOOLIVM IN PRÆCEDENTEM questionem.

**R**otior opinio est, q̄ Iudeorum parvuli inuitis parentibus non baptizentur. Siquidem magnā autoritate habet ecclesia consuetudo vetus, quæ semper est cœmulanda. Nam & catholicon dicta Doctorum ab Ecclesia autoritatem accipiunt. Propter q̄ multo maior est ecclesia autoritas. Nunquam autem sicut ecclesia consuetudo, vt Iudeorum pueri inuitis parentibus baptizarentur, licet fuerint plerique Imperatores Christiani admodum religiosi, & Episcopis familiarissimi, vt Constantinus, & Theodosius. Quinimo eam Constantinus Imperator conuersus, & baptizatus voluerat Romanos ad fidem compellere, sanctus Sylvester persuasit oppositum. Beatus Iacob apostolus dixit, Non est nostra disciplina quenque ad fidem compellere. Insuper leges iusta, & principes reipub. non solū ma tolerant, sed & licita iubent, ne malā vita homines impediatur, aut molestentur, vt habet Driedo de libertate Christiana tertia pars, consideratione septima. Insuper quantum ad Iudeos Deus statuit in sua prouidentia, ut & que ad finem mundi in suis remaneant posteris, quatenus prædestinati ex eis tempore præstituto nascantur, & co uertantur. Ob alias quoque utilitates vult Deus, vt inter Christianos vivere permittantur, unde Psalmista in persona Christi, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne

quādo obliuiscantur populi mei. Vñ & Augustinus, Bene (inquit) Sapientia cum ecclesia aetum est, q̄ non vniuersi Iudei fuerint occisi, sed dispersi virtute Dei, nequando obliuio fiat legis, & populi Dei. Vide Driedonem. q̄ Ad hoc datum dicitur, quod homines non digni sunt cogendi ad aliquid, quod 1.6.10 non prodest coactis, nec ecclesia, sed quod cogentur non prodest illis, nisi virtute actus interioris voluntatis, ad quā cogi non possunt. Quinimo infideles sic occulti obsecrant ecclesie, seducendo Christianos, q̄ Preterea parentes iure naturali, & diuino habent curam, & dominium parvulos, & quo ad corpus, & quo ad animam, donec habuerint vium rōnis. q̄ Ad rationem, quod magis sunt sub domino Dei, quam parentum, Respondetur Deum nihilominus veile, quod parentibus maneat ius iuum, quod habent in corporibus parvolorum suorum, quo iure manente, esset in ea dedecus fidei eorum baptizatio. His accedit canonica dispositio.

DISTINCTIONIS V.  
Quæst. I. Pag. XII.

Imperit ne ministri malitia vernum conferri baptisma?

RESOLVATIO.

**Q**vandoquidem baptiza tis efficacia non est ab malitia ipso ministro, sed honestate a Deo, qui & auferit efficaciam peccata, & gratiam conferit, id hanc in circu tue bonus, siue malus peccatis minister, quauis mortis fuerit minister, siue schismatis, siue malitia sit, siue schismatis, siue heretici.

# Super quartum lib. Sententiarum.

25

heresis, aut infidelitatis modo obseruit formam a Christo institutam, & Ecclesiae intentionem habeat, verum cōfert baptismis, dummodo suscipiens non impediatur characteris aut gratia infusionem propria malitia. Huius autem propria causa non est, q̄ Dei voluntas, quæ nobis immortales ex illo 10 annis, super

quem videris Spiritum descendenter &c. Et ex illo Apostoli, Neque qui plantat &c. Et ex iure canonico. Deinde congruum est Deum suo assistere signo, non habita ratione malitia, aut dignitatis ipsius ministri. Secus tamen sacramenta vera, certa, & efficacia non efficiunt signa, si vi delicti penderent ex ministri bonitate, quæ profecto nulli potest esse certa, cum dicat Apostolus, Nemo scit, quid sit in homine &c. Et Iacobus, In multis offendimus omnes &c. Et additum iniquum fore aliquem pro alterius iniunctitate (ipso non demerente) spiritualiter puniri, & aduersus testimonium sacra scriptura afferentis Filios non puniri pro patrum iniunctitibus, multo minus sacramenta suscipiens pro administrantis delictis. Quamobrem si in medium profectantur aucter beatitudini Augustini, & ceterorum patrum negantium hereticos, & alios perfidos verum conferre baptismis, dices, (quemadmodum veritas habet) eos profecto intelligere quando, aut haereticos, & ceteri perfracta fidei non obseruant Ecclesie formam necessariam, & intentionem, aut ipsi suscipientes adulti, hoc ipso quod ab ipsis baptizantur, intendunt eorum sectam infensa, aut alias sunt indispositi. In-

super Deus non acceptat ea ad operantis salutem, cum ipse malus est, sed tamen ad recipientis bene. Et propterea paucim legitim in factis literis Deum abhorrete impiorum, nedium sacramenta, fed & sacrificia, oblationes, & cetera obsequia.

## DISTINCTIONIS V.

Quæst. II. Pag. 114.

Peccatum mortaliter quid a malo ministerio sciens baptisma suscipit, aut preparando excepit?

## R E S O L V T I O .

**M**alus potest dici minister bisariæ, aut quod omnino ab ecclesia (vt degradatus) vel ad temporis (vt suspensus a suo ministerio) sit præcitus, aut non præcitus aliquatenus, sed permisus.

Similiter fuerit omnino, vel Baptista ad tempus præcitus, seu ex com. a malo ministerio municatus, licet adiutor (si aliud minister ex non possit haberi) ingruente percepit.

Morris necessitate ab eodem baptisma suscipere, vt deducitur a

B. Augustino de baptismio contra Donatistas, & habetur in iure canonico. Siquidem quod Lib. 6. de

alias est illicitum, necessitas li- consec. D. citum, faciunt parer de Danie 4. Can-

de, & socij comedentibus pa-

nes propositionis. Et de Aposto

mg. nihil

lis vellentibus spicas die Sabbathi, interef. 1.

Item de Machabearis prelatis reg. 22.

tibus die Sabati. Insuper præceptum minus, videlicet ecclesiæ, immediate maiori cedit, ne

pe præcepto iuris naturæ, & diuinæ. Præterea iste adulterus, cum non adhuc sit intra Ecclesiam,

non

26 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

non astringitur praeceptis ipsius Ecclesia, nisi alias, ut puta naturali iure, aut diuino esset astrinxus. Id paet ex Apostolo, Quid mihi de his qui foris sunt iudicare & cetera. Hereticus quoque in aequali necessitate non est vindicandus, licet iure diuino sit excommunicatus Paulus: Hæreticum hominem &c. Si autem minister malus quidem fuerit, sed non ab Ecclesia praecitus, aut superplus, & peccatum illius fuerit secretum, uno videlicet id ipsum dunitaxat sciente, si tali ex officio competat baptizare, debet ab eo suscipere, sed si fuerit publice (duobus vel delictis scientibus) aut notorie (pluribus scientibus) malus, & fuerit curatus, id est rector Parochia, non peccat, qui ab eo baptizatur, aut illi baptizandum parvulum offert, cum expectat ab eo debitum. Si vero non fuerit parochus, tamen sacerdos, & non possit haberi melior illo, in necessitate potest ab eo baptisma exigi. Et licet adesset laicus sanctioris vita, tamen a sacerdote deteriorioris potius suspicendum baptisma. Propterea quod sacramentorum administratio in ecclesia ipsius competit sacerdotibus ex officio. Et quamvis sacerdos ipse peccet baptizando, tamen is qui expertus ab eo baptismum, non peccat, cum non cooperetur peccato illius directe. Cum non inducat eum ad actum, qui ex se sit peccatum, sed peccatum ex malitia procedit sacerdotis, & ita indirecte sacerdotium baptizandum cooperatorum eius peccato.

DISTINCTIONIS  
Quest. III. Pag. 118.

Debet ne quis ipsam baptizare cum,  
eui timet mortem ex ipso baptis-  
mo imminere?

RESOLV TIO.

**S**I certo nouit quis ipsam mortem sub leg ex modo quo aliqueni baptizare existimat, ut puta ex fonte propellens baptizandum in flumen, aut in puteum alii ipsum proiiciens, non debet tunc hoc attentare, quia & delinqueret homicidio mortali, & non baptizare sic proiectum. Propterea quod baptismus (sicut & reliqua sacramenta, & Dei beneficia) ordinatur ad vitam recipiendam. Si vero fuerit presumptio aliqua (minime tam certa) accelerationis mortis in parvulo, aut adulto existenti in mortis articulo, tunc erroneam illam conscientiam depondere debet, & eundem baptizare. Secus offenderet, & baptizando stante tali conscientia (nam omne quod non est ex fide, peccatum est) & permittebat cum mori sine baptismo, Qui Rom. 10. vnicuique mandauit Deus de proximo. Item Diliges proximum tuum, & carere. Veruntamen si sacerdos remanente hac conscientia baptizaret, licet peccerit mortaliter (eo quod agit contra conscientiam) tñ non efficitur irregularis recipia: det tñ abstinere ab executione sui ministerij, quādiu existimat se homicidā, si mors baptizati sublevata fuerit, sed deposita conscientia, nō eget dispelatione aliqua.

D I

# Super quartum lib. Sententiarum. 27

DISTINCTIONIS VI.  
Quesit. I. Pag. 120.

Potest ne solus sacerdos baptizare.

## RESOLVTIO.

DISTINCTIO. VL  
Quesit. 2. Pag. 121.

An baptismi unitas requiratur, quod  
ab uno solum conferatur.

## RESOLVTIO.

**A** D baptismis confere-  
rendum tria omni-  
no & solum sunt  
necessaria, ut puta  
ablutio cum aqua.  
Nisi quis &c. Prolatio verborū  
a Christo institutorū, Baptizan-  
tes eos &c. Et intentio. Quare  
longa operapretium est baptizaturū  
in misericordia mortuam potentiam, deinceps  
de loquela vium, postremo & ra-  
tionis vium: unde sequitur para-  
lyticum, mancum, mutū, & mo-  
torum non posse baptizare. Ois  
vix illa vero intellectualis creatura, cui  
nullius hac suppetunt, baptisma  
conferre potest: vt Angelis in af-  
sumpto corpore, et si mali fue-  
rint, modo id Dei praecepto ex-  
equantur, & certa reuelatione no-  
bis conferita esse, Deinde &  
oīs viri, & mulieres. Nihilominus extra necessitatis cām, nulli  
hominum competit, nisi solis  
præbyteris, qñ haberi possunt.  
Nam huius sacramenti ammini-  
stratio, sicut & ceterorum, illis  
ex officio competit, vt deduci-  
tur ex illo Apostoli, Sic nos exi-  
stet, si nimirum homo &c. & præcepto  
Dei, factō Apostolis, & discipulis,  
Baptizantes eos &c. Item ex de-  
creto Gratiani, Constat baptisma  
a solis præbyteris esse tra-  
stantum. Infuper per baptismum  
quis suscipitur inter ecclesiam.  
Spectat vero ad habentem au-  
thoritatem, aliquem recipere  
in aliquam communitatē, is  
autem est sacerdos, quare ad  
eum pertinet.



Vadimēbris hic ef-  
fe potest intellectus,  
Primo Q̄ plures cū-  
dem baptizent, & <sup>Baptismi</sup> ab uni  
verque totum, qd <sup>is</sup> confer-  
in baptismo exigitur efficiat, & <sup>reposita</sup>.

hoc modo verum conferetur ba-  
ptisma. Quia neutrius actio al-  
terius operationem impediret,  
vnius tamen opus superfluit, il-  
lius nempe, cuius Dominus vo-  
luerit. Deinde si neuter baptizan-  
tium totum peragat, sed  
vnuis abluerat, alter vero verba  
proferat, nihil efficiunt. In cau-  
sa est Dei institutio, qui voluit  
vincum esse ipsius sacramen-  
ti ministrum, perinde ac vnuis  
est ipse precipuus baptismi au-  
thor. Id innuant Christi verba,  
Baptizantes eos &c. Et ec-  
clesia ipsa, ac patrum decreta  
latius explicuerant. Tertio si  
idem minister plures simul ba-  
ptizaret eosdem adiunicem di-  
stinctos, manifeste vtns for-  
ma pluralis numeri, vere baptizat,  
Peccat tamen, cum negli-  
git modum, & formam ab ec-  
clesia institutam, nisi ad id mo-  
ueretur necessitate inevitabili-  
li, qualis foret mors imminens  
aliqui illorum, si scorium ac  
sigillatum baptizarentur, erunt  
que tot baptisi, quot baptizi-  
zati. Postremo si fuerit mon-  
strum aliquod, & constet ibi  
duas esse, indistinctas tamen  
personas, quod potissimum  
deprehendi poterit ex diver-  
sitate

Matt. vi.

<sup>Baptizari</sup>  
<sup>possunt vim</sup>  
res.

sitate a sua intellectus, aut voluntatis, eorum baptizari debent. Si vero non possit facile cognosci, baptizari debet forma consueta, & ab aliis in illis partibus, qua precipua ad unum pertinet. Deinde &c. ab aliis sunt aliae partes, que non pertinet ad illud, cum forma, qua baptizant illos de quibus est dubium, an sint baptizati, videlicet, si es baptizatus, non te baptizo &c.

## DISTINCTIO. VI.

Quæst. IIII. pag. 185.

*Requiritur ne in baptismo simul esse et ablusionem, et verborum prolationem?*

## RESOLVTION.

Baptizatus non requirit exactam ablationem, & verborum coexistenter.



Voniam Deus ipse, qui est in mortales clementia propodus, noluit admodum difficultate nobis imponere, non requirit exacta illa ablutionis, & prolationis verborum existentiam, quam dominii Canonistæ assignant. Sufficit enim dum unum, priusquam alterum compleatur, reliquum ponatur, ut puta, quod non prius absoluatur ablutio, q[uod] in primis verborum prolatione, nec prius omnino verba proferantur, quam fiat baptizandi ablutio.

## DISTINCTIO. VI.

Quæst. IIII. pag. 127.

Opertene baptizante a baptizato distinguuntur, aut potius in seipsum baptizare.

Baptizare seipsum nul-

lins valeret.

## RESOLVTION.

Dominus Innocentius con-

fultus h[ab]et ipsius intentio[n]em.

It is said, qui cum illi mors immiseret, nec ad esser qui cum baptizaret in aqua, semet ipsum immersit dicens, Ego baptizo me, &c. an esset baptizatus? Relponderet, Nequaquam. Et id quidem sapienter. Nam satis innuit Christus filius ipse baptizantem a baptiza- tis diceretur esse debere, cum esset ait apostolis, Baptizantes eos, &c. Ipse quoque Christus, videlicet, significaret, non scilicet baptizauit, sed a Joanne baptizari volevit. Adde quod baptisma est spiritualis generatio, in qua sicut in corporali oportet generantem, & genitum distinctos esse. Nec est eadem ratio huius factimenti, & Eucharistie, quam sibi idem sacerdos ministrat. Nam Paulus sufficienter indicat sacerdotem sibi ipsi Eucharistiam debere exhibere, Ait enim, Dominus Iesus, &c. Deinde accipere, & manducate. Item Eucharistie p[re]ceptio non est sacramentum, sed p[re]ceptio est sacramentum. Insuper Sacramentum Eucharistie est quid permanens, non aut baptisma, quod consistit in vita, seu in fieri. Postremo non nullus locus sacre scripture, quo constet eundem posse seipsum baptizare. Quinimo Petrus Iudas non dicit, Baptizate vosipios, sed baptizetur unusquisque vestrum, ab alio videlicet.

## DISTINCTIO. VI.

Quæst. V. pag. 128.

*Requiriturne in baptismo intentio baptizandi?*

## RESOLVTION.

I Ntentio (Quantum attinet in re ad præsens institutum) esse in seipso potest, & respectu actus baptizandi,

# Super quartum lib. Sententiarum.

29

ptimi, & respectu finis eiusdem. Respetto actus minister habere debet intentionem, cum actus ille non sit fortuitus, sed humanus, ad quem obligatur & minister & baptizandus. Quantum ad finem baptismi principium, & remotum, qui est ut baptizatus hoc modo fiat regni filius, & aeterna vita particeps per gratiam, quam in baptismio recipit. Is finis non debet necessarium intendi, nam Iudeus, Turca, & quantum tunius atheos baptizare potest, qui tamen hunc non intendat finem: Sed circa finem proximum, & minus principalem (qui est ut is qui baptizatur fiat Christianus) requiritur intentione falso in generali, ut videlicet intendat circa eum facere, quod Christiani circa tuos ageret solleter.

## DISTINCTIO. VI.

Quæst. VI. pag. 132.

Recurritura in eo qui baptizat a humanis intentio.

## RESOLVATIO.

**S**ed aqualem habet intentionem, q. actu considerat, & aduerit circa actu, quæ exequitur, habitualem vero, qui aggeneratum iam haber habitum ad talem inclinatem actum. Virtualē aut, qui virtute aliquius intentionis phabituadū perficit quæcunq; actu illū cōcēntere. Ad baptismi igitur administrationē non sufficit (sicut nec ad reliqua Sacramēta & auctus meritorios) habitualis intentione, quæ ē in dormiente reperit. Propterea q ab illa non possit actus dici humanus, quod

ist. in baptimate desideret. Nec intentione a-  
requiri actualis intentione in praे *dualis* nō  
dicitis exequēdis, quā vtig. sem. requiri  
per habere admodū foret diffici tur.

Ie, ne dicā impossibile. Quare ad  
cā nos non construxit Deus, cu-  
ius iugū suave, & onus leue, &c. Mat. 11.  
Et mandata nō sunt grauias, &c. 1. Ioā. 5.  
Porro virtualis, omnino saltem  
necessaria est, nempe q. aliquā  
actualē habuerit, circa opus ip-  
sum intentionē: Ex qua demde  
actuali intentione permanet, q. *Virtualis*  
tera, quibus opus ipsum perfici, *inten-  
tio*

Quod si experieris, qui fieri pos-  
sunt, ut actus subsequētes produ-  
cantur ab intentione illa, q. tunc  
non existit. Rendetur hoc fieri a  
voluntatis imperio, quo inferio-  
ribus imperauit potētis, talis  
actus executionē, vnde celiante  
illo voluntatis actu, & ppositio,  
inferiores imperatū ipsiis pro-  
sequuntur actum.

## DISTINCTIO. VI.

Quæst. VII. pag. 134.

Potestne baptisma iterari?

## RESOLVATIO.

**D**igitum ad hoc at- *Baptisma*  
tollunt omnes, ut iterari mo-  
affuerent ipsum quicq;  
baptisma iterari  
non posse. Huius  
aut conuenientior causa præscri-  
bi nequit, quam Dei voluntas,  
qui sic instituit Sacramentum.  
Eam vero nobis ignotam ma-  
nifestauit Apostolus dicens: In-  
possibile est oēs, qui semel sunt  
illuminati, i. baptizati, siquidem  
veteres baptismi Sacramentum,  
Sacramentum Photismaton, i.  
illuminationum vocant, gausa-  
nerunt et donū Dei, &c. Impos-  
sibili-

*Heb. 10.*

sibile est, inquam, eos qui hæc  
gustauerunt, & nihilominus pro-  
lapsi sunt rursum reuocari ad pœ-  
nitentiam, penitentiam videli-  
et baptizatis, ut exponit Cyril-  
lus. Nam dē ea intelligi satis in-  
dicat verbum, Anathenoseos, i.  
renouationis, quando per solū  
baptismum vere innouamus ab  
omni proflus culpa, & poena im-  
munes, & liberi. Id etiam indi-  
cat subsequens, videlicet: Rur-  
Rom. 5. 18.  
sum crucifigentes, &c. Huc acce-  
dit quod baptisma fuerit institu-  
tum præcipue in remediu pœ-  
cati originis, ut elicetur ex Apo-  
stolo, quod sane vnicum est. De-  
inde delinquendi causa præbere-  
tur hominibus, si iterato baptis-  
mate possint in dies ab omni pœ-  
na & culpa absoluti, quod non  
fit in pœnitentia, quæ satisfactio-  
nem exigit.

### DISTINCTIO. VI.

Quæstio VIII. pag. 136.

Suntne al ei⁹ obnoxij pœna, qui ba-  
ptisma reiterant?

### R E S O L V T I O .

Pœna re-  
terantū ba-  
ptisma.

**S**i baptismacerta sci-  
entia iteretur, & con-  
ferens & recipiens  
irregularitatis pœ-  
nam haud dubie  
incurrunt, vt patet ex decrerali-  
bus, licet ius ipsum ignorantibus,  
quippe quod scire astringuntur  
hoc in facto ius, videlicet diui-  
num, quo prohibentur baptis-  
mati bap-  
tum iterare. Et quamvis Ius ca-  
nonicum nescierint, nihilominus pœnam ab eo iniunctam in-  
currunt, in his qui aliqui iure  
diuino prohibita sunt, & addi-  
tur pœna a canone, ut melius il-

la vitentur. Is enim quia morta-  
liter peccat est in dolo, in culpa,  
atque contemptu, non canonis  
quidem, aut conditoris illius,  
sed diuinæ legis: unde clericum  
percutiens, et si ignoret excom-  
municationem latam per cano-  
nes, tamen cā incurrit, & homi-  
cida irregularitatē. Quod si di-  
xeris neminem debere excom-  
municari, nisi praecesserit tria  
monitio, iuxta Christi doctrinā: *Matt. 18.*  
Si peccauerit in te fratertu⁹ &c.,  
nisi etiam fuerit contumax. Ve-  
rum id quidem est, quando a iu-  
dice fertur sentētia, sed nō quā-  
do a iure diuino, vt de hære-  
ticis, Hæreticum hominem, &c. *1.*  
Aut iure canonico, in his, que  
aliās iure diuino sunt prohibi-  
ta. Infuper licet talis non fuerit  
vere contumax, est tamen pre-  
sumpte. Presumitur enim, quod  
cum diuinum contemnat præ-  
putium, magis sit humanum ne-  
gledurus. Adde quod & Eccle-  
sia nō absque diuino institutu-  
potestate libia a Christo collata,  
hoc modo statuit excommuni-  
cari delinquentes ad maiorem  
cautelam, si ignoranter (igno-  
rantiā videlicet facti) reiteretur  
baptismus, nec conferens, nec re-  
cipiens pœnam aliquam cano-  
num incurrit, nisi foret igno-  
rantiā affectata, aut crassa. Pœna  
enim canonica non incurrit,  
nisi canon expresse contineat cā  
ipso factō incurri. Ad rationem  
autem canonistarum afferentiā  
cum, qui bis baptizatur, licet  
ignorent se baptizatum, incur-  
rere irregularitatem, qd astruit  
ex illo canone. Qui bis, Religio de *Car.* *2.*  
tut canonem illum esse delum-  
bit, deo-  
ptum ex pœnitentiati Theodori seru-  
Episcopi simplicis vnius Diece *fl. 4.*  
sis, qui non habuit potestatem  
super

# Super quartum lib. Sententiatum.

31

super totam Ecclesiam: Quare Canones collecti a Gratiano, nisi fuerint ab Ecclesia, auctor summo Pontifice receipi, & approbati, non obligant ipsam Ecclesiam.

**DISTINCTIO.** V.I.  
Ques. IX. & X. pag. 138.  
& 149.

Designatio huius nominis characteris, & de figura & fundamento proximo, & distinctione, & an instantiis, et virum sit forma absoluta, et cur tres dumtaxat characteres admittantur.

## RESOLVATIO.

  
Haraacter aliquando figuram significat, seu formam ex alio impressam, ut habet Paulus. Qui cum splendor gloria, & figura substantiae eius, &c. Grece habetur *χαρακτηρ*, & hoc modo literas characteres dicimus. Ad hunc modum & in Apocalypsi accipiuntur. Generalis etiam accipitur pro quo cunque signo: sed impremitur est quoddam spirituale impressum a Deo suscipienti Sacramentum interabile, quo assimilatur alijs habentibus id ipsum, & distinguitur a non habentibus. Est \* preterea rememoratio suscepti iam Sacramenti, & conformatiuum Christo, patre & obligatorium. Quantius \* autem naturali ratione ostendi non possit tale quid in se anima, neque explicite in scriptis continetur literis, & manu feste exillis elicatur, nihilominus, quia sentiendum de Sacramentis Ecclesia, sicut Romana-

sentit Ecclesia, ut haberit in Decretalibus: Idcirco propter ipsius Ecclesie authoritatem admittimus characteres. Ait enim res, e. ad Innocentius tertius. Tunc chara abolendu. Etorem sacramentalis imprimit Ext. de operatio, cum obicem voluntatis contraria non inuenit obseruantes.

sententem. His subscriptis Beatus ro. 9. In Hieronymus super eum locum, Epistola.

Signati estis Spiritu promissio- Ephes. 1.

nis, & super illum: Nolite contiri ea.

flare Spiritum sanctum. Athana- Ephes. 4. c

sius quoque in eisdem locis Apo-

stoli. Fuit autem figuratus cha-

racter, auctore Hieronymo, in his figura-

sanguine agni, quo superlimina ra-

ria domorum Israëlitatum li-

Enod. 12. nebantur. Item per signum Ezech. 9.

Thau, de quo Ezechiel. Con-

gruit præterea receptu in Chri-

sti familiam distingui a non re-

cepto per aliquid sibi intrinse-

cum, id est, per characterem. Nō

est autem necesse admittere cū Pro. ro. q.

Diuo Thoma ipsum charactere p. 149.

rem absolutam esse formam, cū Characta-

sufficiat si dixerimus, quod sit res for-

respectus extrinsecus adueniēs ma-

ipsi anima, productus immediata

re ab ipso Deo in susceptione

iterabilis sacramenti. Huius

porro respectus \* fundamentū Sco. in 4.

proximum est ipsa anima nuda. p. 154.

Distinguntur vero diuersi tales

characteres ex seip̄is formaliter, perinde ac essent formae ab-

solute, quamvis etiam extrinse-

ce differant ad differentiam Sa-

cammentum & effectum pro-

priorum. Quod si exquisieris Characte-

cautiam quamobrem tres dumtaxat tres.

taxat characteres admittantur,

ea sane in hac consitit, quod

tria \* solum sacramenta homi-

nem in certo constituant gradu Sco. in 4.

in Ecclesia. Primus enim gra- pag. 155.

dus in Ecclesia, & quidem yni-

uer-

uersalissimus est recipi in familiam Christi, quod sit in baptismo. Secundus specialis est in militia ad defensionem fidei Christianae, quod sit in confirmatione. Tertius constituit in patrem & pastorem, ad recipientem & introducendum alios in Ecclesiam, & dirigendum, & instruendum eos: Pater ex Paulo, Ephes. 4. Hoc praestat in Sacramento ordinis, alia vero Sacraenta hoc non praestant. Vide analogiam duo dubia, defumpram ex politio humana, ex ea.

*finem.*

### DISTINCTIO VII.

Quesit. I. pag. 163.

De sacramento confirmationis quomodo si Christus illud instituerit, & de materia, & forma, & ministro, & ut fiat in fronte, & venon, per se ipsum, sed per Ap. I. 10. Apostolos ipsum patet facere voluit.

### RESOLVATIO.



Christus benedictus Ecclesiam suam in optimo esse spirituali instituit, quantum statu via con gruebat, (Dei enim pfecta sunt opera.) quod esse spirituale diversa opera, & exercitia producit spiritualia, per qua innote scit, ad qua sane expeturunt varia Spiritus sancti dona, cum no simus sufficiens aliquid cogitare ex nobis, nam pro communilitate Ecclesia, ut habet Epes. 4.

Apostolus, &c. verum quoque pro singulorum membrorum salubri consistentia. Exigitur autem gratia iustificans fideles, ut credatur ad iustitiam. Expeturum & gratia corroborans, ut ore co

fessio fiat ad salutem, ergo sunt dona Spiritus sancti distincta, & Rerum ex con sequenti distincte, & diuerso tempore possunt, & so rinefecus diuersa illius traditio nis haberi signa diuinitus ins truta. Quod autem istud sacra mentum Christus in instituerit ex initio facto probatur Apostoloru, qui nulli ad salutem fideliem per in tensum sine Christi instructione, & institutione egrent, aut Spiritus sancti inspiratione. Ipsius autem, ut patet ex auctib. Apostolicis, baptizatis manus imponebant. Habetur enim in hunc modum. Cum audissent apostoli, qui erat Hierosolymis &c. ibi accipiebant Spiritum sanctum, & in signo visibili. Nam & id vidit Symon Magus. Item his auditis baptizauit iuri in nomine domini Iesu Christi, & cum impouisiaret illis manus Paulus recuperunt Spiritum sanctum. Quod utique non fecerunt propria presumptione, instruati de voluntate Dei, qui ad hanc manuam Apostoli carum impositio nem in gratiam confirmationem erat exterto daturus. Omnes porro Catholicci scriptores hos duos locos ad confirmationis sacramentum referunt. Ex illis autem locis elicitus primo quod manus impositio non nisi Apostoloru erat officium, cum Philippus id non aulsi fuerit usurpare, & secundo quod haec ipsa manuam impositio, certum signum aduentus Spiritus sancti erat. Tercio quod nulli in ponebant manus nisi baptizato. Gratia enim confirmationis gratiam precepit baptismi. Quarto si illa manus impositio adiunctorio fulset humana, & non a Christo instituta, nequaquam Spiritus

san-

# Super quartum lib. Sententiarum. 33

santus suo probasset aduentu.  
Huius sacramenti institutio in-  
super ex sacris confirmatur lite-  
ris, ex promissionibus videlicet

**I**oa. 13; ipius factioris, qui ipsis Apo-  
stolis iam baptizatae lotis, ut pa-  
ter ex illo Iohannis. Qui lotus est

non indiget &c. cum interpreta-  
tione B. Augustini, aliud Spir-  
itu sancti donum quo plenius

instrueruntur, & confirmarent  
promisit dicens. Paracitus au-

tem Spiritus sanctus &c. Item adhuc multa habeo vobis dice-  
re &c. Et apud Iohannem ait Pe-  
tro. Non potes me sequi modo,

sequeris autem postea. Post re-  
surrectionem quoque cōfolars

Apostolos ait. Ego mittam pro-  
missum Patris in vos Spiritum,

ibi, Induamini virtute ex alto. Ha-  
utem promissiones non fie-  
bant solis Apostolis, sed toti Ec-  
clesiae eorum opera congregan-

**I**oa. 17, dixi significauit Christus. Non  
autem pro eis rogo tantum, sed  
& pro omnibus, qui credituri

sunt per verbum eorum in me.

Deinde Apostoli hoc amissum  
donum in Pentecoste suiceretur,

& qui ante timebat Christum cō-  
fiteri, & illi adharrere, ut patet in

Petri negatione, & omnium fu-  
ga in eius captione, ac metu,

quo correpti, post Christi alen-  
tionem sedebant Hierosolymis ia-

nus clausi. Post iulceptum vero  
hoc Spiritus sancti donum in fide

cotborat, imperterritate Chri-  
stii, & eius Euangeliū publice fa-

tebantur. ¶ Postremo fuit hoc

Sacramentum obseruatū in ipsa

Ecclesia a tempore Apostolorū,  
succedētibus ipsi Apostolis Epi-

scopis. Huius porro Sacramēti

materia est Christus, quod ex  
oleo oliuarum, & balsamo con-

ficitur. Rō vero ob quam huius

Sacramēti materia cōposita sit,  
Baptismi aut̄ simplex elementū  
est, q̄ baptismus dat̄ spiri-  
tualē vitā simpliciter cōsequen **Cap. 7.**

dā, istud aut̄ Sac̄m ad conse-  
quendā Spiritus sancti plenitu-  
dine, cuius multiformis est ope-  
ratio, & pater ex libro sapientie,

Est n. in illa spiritus intelligētur.

Divisions gratiarū sunt &c. Hu **L. 1. Epis.**  
ius Christi mētione facit **Epis. 1.**

B. Cyprianus dicens, vngi quo-  
que cū, qui baptizatus est, ne-  
cessit̄ est, vt accepto christiāte,

i. vñctione esse vñctus Dei, &  
h̄c gratiam Dei in se possit. Cur

aut̄ christiā prius ab Ep̄o confe-  
rari debeat, inde accipitur. ¶

Christus quibundā Sacris cor-  
poreā hñtibus materiā v̄lus est,

baptisiāte videlicet, & Eucha-  
ristia, scilicet cuius v̄su horum

materiā aptitudinē accepserunt  
ad Sacri perfectionē, vt attestat

B. Chrysostomus dicens: **Matt. 26**

Nū quā aquē baptismi purgate  
peccata credentiū possent, nisi  
tactū diuini corporis sanctifica-  
tē fuissent. In Sacro quoque

Eucharistia panem & vīnū an-  
tea benedixit, quām in eo cor-

pus sūm, & lauguine sūū dilici-  
pulis dederit: Vnde benedictio

fontiū baptismatiū in Paſchate  
& Pentecoste, ſimiliter panis &

vīni ante confeſcationē ad care-  
monias pertinent, & ſolēnitatē

Sacri. Ia aut̄ est v̄lus viſibili ali-  
qua vñctione, qua confeſcavit

materiā aliquā in v̄lum confirma-  
tionis, quāc̄ christiā, & oleū fan-  
tū infirmorū prius benedicun-

tur, q̄ ad facia adhibeātur. For **Sc. in 4.**  
ma eī talis, Signo, vel cōſigno **pag. 163.**

te ſigno crucis, Cōfirmo te chri-  
mate latitis, vel ſanctificationis,

in nomine Patris, & Filii, & Spi-  
ritus sancti. In forma huius faci-  
t. Refolut. 4. **C** tria

tria continentur. ¶ Primum exprimit plenitudinem Spiritus sancti, cum inuocatur tota trinitas, dicendo: In nomine Patris &c. ¶ Deinde insinuat robur spiritualis, cum dicitur, Confirmo te Christumate salutis. ¶ Tertio ostendit signum militiae Christianae, cui ascripti sumus, cum dicitur, Signo te signo crucis, † signo videlicet in quo Christus redemptor noster triumphauit. Imprimis autem christumate in fronte baptizati signum crucis, ut confirmatum a confessione nominis Christi, neque timor deiiciat, neque pudor perturbet. Vtriusque autem signum in fronte manifestatur, nam palefunt homines mortis timore, & tabescunt confusi, maxime vero in confessione Christi, qui profecto articulus ratione passionis ignominiam quandam habere videatur, iuxta illud apostoli: Pradicans crucifixum, Iudeis quidem scandalum, &c. Ideo autem in fronte sit confirmationis, ut audacter, & intrepide, sicut corde credit ad iustitiam, ita Christi fidem inter persecutes ore confiteatur ad salutem. Magister in textu huius distinctionis dicit, virtus hujus sacramenti est donatio Spiritus sancti ad robur. Respondeo, Licer Eucharistia Christianum confirmet, hoc tamen est ad corroborationem charitatis, Confirmationis vero ad corroborationem fidei. ¶ Insuper institutus Christus hoc sacramentum non secus ac alia quadam sacramenta instituisse cognoscitur, non exhibendo, sed promittendo. ¶ Primum ante passionem, Si non abierto, Paraclitus non veniet ad vos.

*Ioan. 36.*

¶ Et post resurrectionem, vos au-

tem sedete in ciuitate donec in duamini virtute ex alto. Quod si rationem queras, quare non per se ipsum, sed per Apostolos hoc sacramentum patefeceretur volunt, intellige in hoc sacramento dari plenitudinem Spiritus sancti, qua dari non debuit ante Christi resurrectionem, & ascensionem ipso Joanne dicente: Nō dum erat Spiritus sanctus Iesu datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et ipso Christo dicente, Si enim non abierto, Paraclitus non veniet ad vos. Quod autem hoc sacramentum cum christumate cōferri debeat & hoc in institutione diuina, patet ex B. Ecclesie Dionysio dicente, est quidem perfectissima operatio, quam duces nostri, id est Apostoli Christiani hostiam nominant: Alia translatio ita haberet, Alia est veneranda confessio vnguenti, cōfessionem vocant preceptores nostri &c. Ministrum autem huius sacramenti Episcopum loquitur Episcopum esse constat: nam si Dionysius credimus, ritus qui seruari debet in administrandis sacramentis promonat ex traditionibus & gestis Apostolorum: Soli autem Apostoli (quorum successores sunt Episcopi) in primitiva Ecclesia hoc sacramentum conferebant, vnde pater ex aliis Apostolicis, Cum audirent Apostoli &c. Et de Paulo confirmante discipulos, qui erant Ephesi: Et huius assertio A.B.I. ni subscribit beatus Hieronymus aduersus Luciferianos, interpretatus cum locum A.B.I. (Cum audirent Apostoli &c.) de sacramento Confirmationis. Deinde & beatus Cyprianus ad Deo dabo Iabaiandum de hereticis baptizandis. Item, & Ius canonicum.

*Ex*

# Super quartum lib. Sententiarum.

35

*Ex endem Dist. & Quaestione, trahata de vocatione episcoporum supra presbyteros simplices.*

De platio  
et aposto  
tri vide  
glosam sa  
po. illud.  
  
Res sunt opiniones  
quantum ad præla  
tionem, quæ facta  
fuit Episcoporum  
supra presbyteros  
Can. legi  
simplices. ¶ Prima, qd in primi  
tua Ecclesia statim post Chri  
stum, vbi stum Episcoporum, & Sacer  
dotum nomina, & officia erant cō  
quuntur, sed postea ceperunt di  
fingui & nomina, & officia.  
¶ Secunda dicit, qd tantum in no  
mine fuit facta prælatio, primo  
enim omnes dicebant sacer  
dotes, licet quidam alii prælati  
essent quantum ad officium. ¶ Ter  
tia afferit, quod prælatio hac fa  
cta fuit que ad nomen, & quo  
ad administrationem, & quo ad  
quadam ministeria, quæ spectat  
tantum ad officium Episcopale.  
Et fuit hac prælatio facta a  
tempore Petri, vt colligitur ex  
nunq. 3. iure Canonico, in quo fit men  
tire Marci, Efra, Dionysij, qui  
A primis  
fuerunt contemporanei Petri, &  
propterea ali  
Clementis. Sanior tamen opini  
o nio haec est, vt semper fuerit dif  
ferentia etiam iure diuino inter  
Episcopos, & Sacerdotes, ppter  
ma quod Episcopis solis compe  
gnari teret ordinare, & confirmare,  
quod non competit sacerdo  
tibus simplicibus, & hoc elici  
tur ex iure canonico. Confis  
cione 9. matur etiam ex eo qd Episcopi  
debet succedant Apostolos, vt habetur  
Dist. 21. in dicto Iure canonico. Solis au  
tem in tempore Apostolis illa competitabat  
ne, qd & confirmare, vt dedu  
citur ex actibus Apostolorum.  
Quare ad loca sacra scripture,  
quibus significatur eodem fui  
le Episcopos & Sacerdotes, &

ad B. Hieronymum id confir  
mantem, Relypondetur nō fuif  
fe tunc distinctionem tantum <sup>Sup. Epiph</sup> <sub>lā ad Ti</sub> <sub>tum.</sub>

in nominibus, & aliis circumstan  
tiis concernentibus eorum mi  
nisteria, & officia, sicut postea,  
sed semper fuit differentia quā  
tum ad administrationem ali  
quorum Sacramentorum. Quo  
circa ad illam opinionem, quā  
refert Scorus, eorum qui affue  
rant iure diuino nullum esse di  
scrimen inter Episcopos & sim  
plices Sacerdotes, idque com  
probant ex aliquot locis sacrae Can. legi  
scriptura citatis in Decreto, ex mus 93.  
Paulo, ex actibus Apostolorum, dist.  
ex Petro & ex Hieronymo super Ad Phil. 1  
Epist. ad Titū. Itē ex alio loco 1. Ad Ti  
tū Iuris canonici. Relypes non fuif  
mo. 4.  
se in primitiva Ecclesia dīam Ad Tit. 1.  
in nomine, cum ijdem presbyte Ad. 20.  
ri vocarentur, & Episcopi, nec in 1. Petri. 5  
regimine Ecclesiarum cum Epi  
scopi vna cū presbyteris simul & Can.  
regerent Ecclesiam, instruerent ecce ego.  
videlicet fideles, ac conferrent dist. 95.  
Sacramenta. Th̄ erat semper in  
dignitate, ac authoritate dīa.  
Nam aliqui Sacramenta ( cōfir  
mationē videlicet, & ordinatio  
nem ) Episcopi conferebant, q  
simplices Sacerdotes admini  
strare nequivant, vt elicē ex di  
cto canone, Legimus, vbi dicit,  
Quid facit Eps, excepta ordina  
tione, qd non facit psbyter? Vbi  
per ordinacionem, fm glosam  
intelliguntur catena, quæ folis  
cōpetunt Eps. Et ad canonom,  
Peruenit, vbi dī Gregorij con  
cessisse presbyteris confirmare,  
Relyperatur, qd quantum ad ipsum  
actū, fecit eos Episcopos, vt vi  
tareretur scandalū. Sicut et abba  
tes Cisterciensis ordinis, mino  
res ius Religiosis conferunt or  
dines, & in hoc actu sunt Eps.

C 2 D 1

## DISTINCTIO. VII.

Quæst. 2. Pag. 167.

*Vtrum Sacramentum confirmationis  
sit necessarium ad salutem.*

## RESOLVATIO.

**E**X secunda quæst. huius dist. manifestū euadit, Sacramentum hoc non esse absolute necessarium ad salutē, iuxta illud Marc: Qui crediderit &c. Est tamen necessarium ei, qui velle sese martyrio exponere pro fidē Christi, nec potest ab adulto, data opportunitate, negligi absq; peccato.

Mar. viii.

## DISTINCTIO. VII.

Quæst. 3. Pag. 167.

*Vtrum Sacramentum confirmationis  
sit dignus Baptismo.*

## RESOLVATIO.

**E**X hac tertia quæstione apparet hoc sacramentum non esse simpliciter baptismo dignius, habita ratione finis præcipui sacra- mentorum. Quandoque absq; penitentia fatisfactiua deletur omnium, tñ culpa, tñ pena, cō ferturque gratia, qua & adoptamur in filios, & cōficiamur oīum Christi bonorum partici'pēs, & alia cōsequimur, q cōfirmatio ne abile, baptimate cōsiderata, non obtinemus. Si n. consideres confirmationē, vi baptinū p̄r̄ exigit, & a digniori administracō ministri, vtique sic baptismo p̄flare, sed hoc esset non vt sacrā-

mētū, sed alterius ratione, quod Scotus vocat excellentius secundum Reginum quid. ¶ Vnum sacramentū ad dicitur alio maius quinque modis. ¶ Primo propter significatiō nem, & sic matrimonium est ē teris maius, cum significet unio nem duarum naturarū in Christo, unionem Christi cum Ecclesia, vnde, Sacramentum hoc magnum est &c. Et unionem Christi Episcopi cum anima fidei, Delsponsa. Quarto te mīhi in fide &c. Delspondi. Quoniam enim vos vni viro &c. ¶ Secundo propter cōtinētiām, quia quod cōtinētiā est perfectius, vt Euchristia continens Christi corpus & sanguinem. Panis quem ego dabo &c. Item Cato mea vere est cibus &c. ¶ Tertio propter Iustitiam, efficaciam, vt baptismus, in quo deletur omnis culpa & pena, & confertur gratia, & hæreditas regni cœlestis. Qui crediderit, & bap̄tizatus fuerit, &c. ¶ Quarto p̄pter dignitatem, vt Confirmationē q̄ a solis Episcopis administratur. ¶ Quinto quia ponit in nobilitate gradu in Ecclesia, Nolnegli, m. 4 gerat gratiam, qua data est tibi &c. Sic nos exaltimet homo, & causiet ministros Christi.

## DISTINCTIO. VII.

Quæst. 4. Pag. 168.

*Vtrum Sacramentum confirmationis  
posset iterari.*

## RESOLVATIO.

**E**X quarta quæstione quoq; deprædictus, q̄ iterari nequeat, huiusq; ratione, ut ipia diuina institutio ne volēs, q̄ proinde Dei voluntatē nobis indicauit Ap̄polos,

# Super quartum lib. Sententiarum. 37

flos. Nam rursus iaciētes &c.  
ibi Impositionis manuum, Vbi  
estendit duo sacramenta non  
posse iterari, Baptismum videli-  
cat, & Confirmationem. Adde  
& congruentiam, q̄ hoc sacra-  
mento quis in instituatur in deter-  
minato ecclesiae gradu, videli-  
cer bellatoris, & sacramentum  
si hominem instruunt non ite-  
ratur. Imprimis, & characterem,  
vade nec iterari debet.

## DISTINCTIO. VII.

Quæst. V. Pag. 168.

Vnum sit aliqua pœna iterantium  
Sacramentum confirmationis.

## RESOLVATIO.

**E**x quinta questione con-  
sequitur hoc sacramen-  
tum iterantes, nullam iu-  
ris penam incurere, cum nō in  
ipso iure reperiatur pœnam de  
facto incurere iterantes, & odia  
restringenda sunt, fauores autē  
ampliandi.

## DISTINCTIO. VIII.

Quæst. I. Pag. 170.

Estne eucharistia nostra legis sacra-  
mentum?

## RESOLVATIO.

**E**ucharistia (vt a no-  
minis ratione exor-  
diamur) Sacramen-  
tum est corporis  
Christi & sanguini-  
dis, veraciter contenti sub spe-  
ciebus panis & vini, post confe-  
rationem factam a sacerdote  
sub verbis certis, cum debita in-  
tentione prolatis, ex institutio-

ne diuina veraciter signans cor-  
pus Christi & sanguinem sub eis  
realiter contineri. Hæc autem eu-  
charistie definitio ex sacris lite-  
ris facile colligit, Ex Matthæo, Mat. 26.  
Marco, & Luca, qui facri euani-  
gelistæ referunt, quemadmodū Lyc. 22.  
Christus facta cena agni Pascha  
lis hoc facrim instituerit, exhibens  
suum ipsius corpus & sanguine-  
m sub panis & vini speciebus,  
suis Apóstolis, quibus & faciliter Eucharisti-  
atem idipsum subinde cōficiat. Ita consi-  
derat, ac ceteris ecclesiæ cienda fa-  
ministris dicens, Accipite, & co-  
medite, hoc est corpus meum. dicit Christus.  
Item Accipite, & bibite ex eo sūs ecclæ-  
os, hic est enim calix, &c. Et tā sic mini-  
dē subdit, Hoc facite in meā cōfrā.  
memoratiōne. Huc accedit apo 1. Cor. 11.  
flos, vbi latius de mō pceptio-  
nis, & cōsecrationis huius facri  
dicitur dicens, Conuenientib.  
ergo vobis in vñū, &c. Et idem, 1. Cor. 10.  
queri, q[uia] talis hoc agendo sele infamerit, ostendens se calumniatorem, quia iam iniuste retinet sibi bonam famam, q[uia] iuste deberet infamato, quare eidē det restituere. Sin vero non impulerit proximo crimen, sed murmurauerit de illo dum taxat, aut restulerit se ita audiuisse, proculdubio, nisi ex mō referendi indicet maiorem certitudinem, q[uia] ex coi relatione conciperetur, non enim infamat, neque ad restituendū astringit, quia nec audientes detinunt illi aidentur. Nam qui cito credit, leuis est corde, & nō solū ille reus est, qui fallū de alio profert, sed et is qui aurem cito criminibus accommodat. Nihilominus ad euitandum pusillo rū scandalū, qui proni sunt ad credendum mala de proximo, oportet ab his eauere, quia qui non offenderit in verbo, hic per fecutus est vir. q[uia] Deinde contingit infamare proximum, verum crimen, sed in occultū ei publice imponendo, & tunc nō teneat formaliter verbū retractare, ne mentiatur, sed hoc mō, aut cōsimili debet latissimē dicēs, nō existimetis hunc esse furē, male enim & inconsiderate hoc illi imposui, q[uia] Tertio quis infamat proximū negando verū crīmē, sed occultū publice sibi impositū, quia sic insimul ab eū calūpniā. Et talis non debet retractare quod negauit, sed debet persuadere alijs ne habeant tamē pro calumniatore, quia ceperit plus fuit. Consimiliter est dicēdū, si iudex cum virgeat ad fātēndū tale crīmē, verūnam subinde, quia bonā mentiū est culpam agnoscere, vbi nō est, optime nū erit eū de hac negatione non distingue, tamē de facto, de quo

Ecclēs. 29.

F 3 ignos.

## 86 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

ignoratur mortale ne sit, an ve-  
niale poenitentia.

### DISTINCTIO. XVI.

Quæst. I. Pag. 470.

*An contritio, confessio, & satisfa-  
ctio sunt partes penitentia.*

### RESOLVATIO.

Poeniten-  
tia par-  
tes.

**R**penitentia sèpius pro sacramento accipitur, videlicet pro abolutione sacramentali a cerdote iurisdictionem habete collata. Aliquando vero non est sacramentum, sed virtus: & quod disfariam accipi potest. Primo pro virtute habituali, seu pro habitu, quo quis propensus est ad elicendum velle vindicatiū sui peccati. Secundo pro actu elicito a tali habitu, quo quidē actu, quis vult vindicare suum peccatum. Tertio pro actu imperato ab ista voluntate vindicandi peccatum suū, & talis actus est nolle peccasse, supponens considerationem peccati, & de testationem ipsius. Quarо accipitur pro pena consequente hunc postremum actum, pro tristitia videlicet. Hæc autem quatuor adimicem distinguuntur, cum separari, & vnum absque alio, & contra consistere possit. Porro contritio, confessio, & satisfactio non sunt partes penitentia virtutis, sed penitentia primo horum quatuor modorum accepta, cum haec sit simplex forma, deinde & quid permanens. Illa autem esse habent in fieri. Insuper confessio, & satisfactio sunt quædam externa. Is autem habitus voluntati inha-

ret, nec sunt deinceps partes penitentia, secundo modo accepta, quia & hic actus simplex est, & elicitus a voluntate. Illa autem sunt actus imperati. Sed si capia tur penitentia tertio modo, nèpe pro causis proximis pœna, per quam vindicatur peccatum, vel quarto modo, videlicet pro pena, per quam vindicatur peccatum, tunc utique haec tria sunt partes penitentia, quod sane sic ostenditur. Penitentia enim sic accepta est quadam punitiua iustitia, quæ spectat ad communitatiuum iustitiam, quippe qua commutat culpan in pœnam, non secundum aequalitatem rei (quia illa non est medium iustitiae secundum Doctorem sed rationis, & id iuxta legem, secundum quam culpa venit punienda. Lex autem Euangelica, iuxta cuius præscriptum peccata sunt punienda, tres præscribit penas, vnam interiorem, videlicet contritionem, seu compunctionem, de qua in Deuteronomio, Cumque quateris dominum &c. Et apud Ioselem, Scin-  
Dicitur  
dite corda vestra &c. Psalmis, Psal. 11. Sacrificium Deo spiritus contri-  
Biblia  
bulatus, &c. Ier. 16. Ad quem te Ipsi. 16. spiciam, &c. Matthæum, Beati Me-  
Iusti  
qui lugent, &c. & Paulum, Gau-  
Conservare  
deo quod contristari, &c. Duas autem extiores, videlicet erubescientiam, & dolorem: unde apud Hieremiam, Noluiti erubescere, & Erubescere nescirent, &c. Ezechielem, Confundi-  
Ecclesiastes  
mini, & erubescite. & Sapientem, Eze. 10. Est confusio adducens gloriam, Eccl. 10. & gratiam, & afflictionem corporis, &c. & Ioseph, Conuicti-  
Mattheus  
mini ad me, &c. Et Mattheum, Mat. 1. Facite dignos fructus penitentia, &c. In Deuteronomio, Pro men-  
Dicitur  
sura

*Barthol.* *sura delicti erit plagarum modus, &c. Apud Barruch, Sic ut fuit sensus vester, &c. Atqui ista rum trium penitentiarum ista tria sunt causa immediate, scilicet contritus cā tristitia, confessio erubescencia, satisfactio doloris, siue afflictio corporis. Quare subsequitur illa tria esse partes penitentiae tertio modo capte, videlicet pro causis penitentia, per quas peccatum est puniendum. Consimiliter si penitentia quarto modo accipiatur, & illa tria possint dici partes illius, nam sapienter fortuntur nomina suorum causarum, vt tristitia dicitur contritus, opus penale satisfactio. Magis proprie tamen dicuntur partes penitentiae tertio modo accepte, & poenitentia quarto modo dicitur conseruare, seu integrari ex tribus ponis. Poenitentiae vero q̄ est sacramentum, non sunt partes. Nā ex vii alia facia suo verbo, suo item elemento sacramētali, tanquam suis partibus esentialibus constat. Insuper con trito et quid insensibile, sacramentum vero signum sensibile. Deinde sacramentū est pōt abique satisfactione. ergo non est pars illius, nec ē confessio, quia sit a penitente. Sacramentum autē penitentiae a solo sacerdote conferri pōt. Nihilominus hoc tria requiruntur necessario ad debitam huius faciei suceptiōnem. Si enim quispiam abique dispergientia accedat ad sacramentum, iniuriam illi facit, ne potest sacerdos absoluere, nisi confessum. quatenus ēt penitentis adiequatur effectum sacramenti, requiritur satisfactio, vi amplius in subsequentibus hęc probabuntur.*

DISTINCTIO. XVI.  
Quaest. II. Pag. 474,*Utrum expulsio culpa, & infusio gratia sint una mutatio.*

## RESOLVTIO.

**R**emissio culpe, & in *Culpa* re fusio gratiae non missio, & sunt una mutatio, *gratia* in cum fieri nequeat *fusio* non quod unum & idē sunt una multipliciter & non multiplice *mutatio*. tur, quia duo contraria nō possunt de eodem verifica ri. Sed in habente plura peccata, quam ei dimittantur, sunt plures remissiones, & una gratia infusio. De inde hac potentia Dei absoluta separari possunt ab initio, quare non sunt una & eadem mutatio, veruntamen non sunt duas mutationes reales, quia licet gratia infusio sit realis mutatio, quia per illam acquiritur forma realis spiritualis gratia, non tamen remissio culpa est ratio realis. Quia non dicit nisi priuationem obligationis ad poenam aeternam, & hac obligatio non est quid reale, sed formalis rationis. Quod si dixeris non esse transitus de contradictorio in contradictorium sine mutatione rei, & non sufficit mutatione rationis, quia omnis mutatione rationis ad realem reducitur. Respondeatur, quod quanvis non possit esse transitus de contradictorio in contradictorium respectu voluntatis creata ab ille mutatione obiecti rationis, nihilominus, & voluntate diuina potest esse transitus de contrario in contrarium, sine quacunque mutatione, & in voluntate, vel

## 88 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

in obiecto. Exempli gratia, sit Petrus per totam aliquam horā in peccato, & in fine hora remittatur illi delictum, tunc Petrus de obligato ad poenam ad non obligatum, per hoc quod Deus vult eum pro hora prima esse dignum pena aeterna, & secunda hora non vult eum esse dignum ea pena aeterna, ille transitus non est, quod in Deo prima voluntas praecedat, & secunda sequatur, immo utraque est aeterna. Nam ab aeterno Deus voluit Petrum in prima hora esse dignum pena aeterna, & in secunda non esse dignum. Vnde ex parte Dei non est mutatio, nec etiam ex parte Petri, licet de obligato fiat non obligatus. Quia non potest obiectum in quo est respectus rationis mutari mutatione rationis, nisi aliud obiectum mutetur mutatione reali, puta si intellectus vel voluntas, per cuius cognitionem, auctoritionem id obiectum mutatur mutatione rationis, ad realem sit reducenda. Exempli causa, si velim nunc Petrum currere, & postea non velim, Petrus transit de esse volito ad non esse volitum per mutationem reali mei ipsius, qui amitto velle, quod prius habebam. In proposito autem quando quis trahit de digno pena aeterna ad non dignum, hoc non fit propere, quod Deus amittat voluntatem, quam prius habuit, immo ab aeterno habuit viramque. Quare nec Petrus debet iudicii mutari mutatione rationis. Ex quo colligo quod contingendo remissio culpe non est mutatio.

DISTINCTIO. XVII.  
Quest. Unica. Pag. 483.

*Et non peccatoris necessaria omnia faciat  
dotti confiteri peccata.*

## RESOLVATIO.

**P**Raecepta quæcumque, vel iuris naturalis sunt, vel positiui diuinorum, aut positioni humani. Et ria quidem naturali iure nullatenus ad auticularem confessio- nem arctantur, cum neque sit principium practicum ex terminis notum, neque conclusio ex illis necessario illata, aut eiusdem principijs & conclusionibus consonum omnium iudicio. Insuper quæ sunt naturalis iuris semper univociter obligant. Constat autem hoc præceptum non suisse in statu legis naturæ, nec tempore legis Moysæ, nam tam eis confessionis in veteri instrumento sapienter mentio, vt in Leuitico, & in Nammeri libro, & in Prophetis fini & 19. lirer, vt in Isaia, in Salomone, & Nammo, in Iose, nihil secus hæc intel- liguntur de confessione inter- iori soli Deo facienda, maxime peccatorum occulitorum. Præceptum & deinde de confessione publica, quam faciebant sacrifici veteris testam̄ti in synagoga, per inde ac nunc recitat̄ felis diebus in suggestu generalis confessio a Parochis. Insuper intellegitur de confessione irregularitatis, quam committiebant publice transgredientes precepta legalia illius legis, vt contingendo mortuum. Hi enim publica facerdotibus suscep- strabam.

strabantur aqua expiationis cō  
 fidentes hanc transgressionem,  
 & sic ab ea mundabatur, tamen  
 his adumbrabatur sacramenta-  
 lis confessio, & potissimum in  
 Lēnitico, quemadmodum & in  
 lege naturę insinuabantur, quā  
 do Deus vocavit Adam post  
 transgressionem, praecepit di-  
 cens, Vbi es? quia vox fane inter-  
 pretate Augustino, fuit increpan-  
 tiis, & confessionem inquirenus.  
 Consimiliter & in alio Genesis  
 loco, in quo ait Caino, Vbi est  
 frater tuus? Quantum ad ius po-  
 litium huminum plane non  
 defuerunt, ut interpres canonis,  
 posset. & Panormitanus, qui prae-  
 sum faciendo confessionis sa-  
 credotibus asternerunt huius  
 esse iuris, sed aberrauerant ipsi  
 tota via, cum eccllesia non pos-  
 sit Sacramentum institueret.  
 Et icti ipse Christus ipsum in-  
 fluuerat sacramentum, & non  
 praecepit ipsis fidelibus confi-  
 teri, maiores ecclesie id prae-  
 ciperem non potuerint, cum eo-  
 rum authoritas non se exten-  
 dat ad actus interiores fide-  
 lium. Vnde in Deuteronomio,  
 Abi condita Dco nostro, & car-  
 monia, Erat Decretalibus, Exteriora  
 Tu m. iudicibus exterioribus, interiora  
 vero Deo sunt referenda.  
 Quare non potuerint praece-  
 pere confessionem, sicutem pecca-  
 torum cordis secretorum. Ad  
 de quod astertores huius op-  
 nionis nequeūt adferre locum  
 huius opinionis. Nam ante il-  
 lum capitulum, Omnis vtrius-  
 que sexus, quod sanctum fuisse  
 fuit. De concilio Lateranensi anno  
 Domini millesimo ducentesi-  
 mo, & moterio a Christo paulo, con-  
 fessio frequentabatur a fidelis-  
 bus, ut patet ex operibus Beati

Clementis, dicentis, quod plebs *s. Epi. ad*  
 Christians nō consueverat Ro- *Iacobum*.  
 mæ tempore Petri accedere ad  
 Eucharistiam, nisi prius confes-  
 si fuissent. Cyprianus maxime  
 ex Augustino, qui praecepsit Cō *Lib. dela-*  
 culum illud per octoginta an- *pis.*  
 nos qui confessionem plurimū *Lc. de ve-*  
 prædicat. Quod vere gloator *ra et falsi*  
 adfert de Gracis non ad dicitur *pointe.*  
 ad confessionem, fassum est.  
 Ad haec, & priuū quam forent se  
 parati ab Ecclesia Latina con-  
 finebantur, vt pater Chrysolito-  
 mo, *Origine*, & alijs doctori-  
 bus Gracis, qui meminerunt  
 huius confessionis in suis ope-  
 ritibus. Fatendum est igitur iure  
 diuino nos ad hanc adstringi  
 confessionem, ex eo maxime  
 quod ab Iohanne scribitur, Acci *Ioan. 20*  
 pite Spiritum sanctum, qui lo-  
 cus sis est interpretandus, & ci-  
 pite spiritum sanctum, id est, au-  
 thoritatem dimittendorum pec-  
 catorum: quia sane autoritas  
 donum est spiritus sancti, quo-  
 modo intelligitur de gratia, q  
 iam habebant. Nam lecys ex-  
 tens in mortali peccato abfol-  
 uere non posset. Hic ergo con-  
 ceptus est Apostolis, & in his ob-  
 sacerdotibus, potestas remitten-  
 dorum peccatorum ministeria-  
 liter, & arbitrari. Vnde artis-  
 teles, Vnusquisque bene iudicet *r. Ethic.*  
 qui cognoscit, & hic est bonus  
 iudex. Et eisipso præceptum est  
 fidelibus eisdem cōsueti in cex-  
 ta causa, quā eadem arbitrii ne-  
 queant. Deinde nulli committi-  
 tur potestas iudiciana, & nisi ali-  
 quis adstringatur se submette-  
 re illi, cum nullus sit iudex il-  
 lius, cuius arbitrio subest iudi-  
 carit ab eo, vel non iudicari. Hoc  
 vtrique modo iudex ille nullam  
 habaret autoritatem. Atque

pre-

## 90 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

prædictis Christi verbis collata est potestas sacerdotibus ligandi, & soluendi. Ergo alicuius reo præcipitur, ut se sacerdotis iudicio submittat. Insuper quiunque primam amissit gratiam, tenetur illam recuperare præcepto illo, Diliges Deum tuum ex toto corde, & cetera. Et illo, Diliges te ipsum, quod in præcepto dilectionis proximi includitur. Sed existens in mortali peccato amisit gratiam, & eandem medio confessionis obtinere valet, cum sit remedium efficax a Christo institutum, quare ad illam plane obligatur. Quod si dixeris esse viam aliam, videlicet contritionem,

*Iean. 20.*

*Dente. 4.* vt in Deuteronomio. Cumque quæquieris, & cetera. Et in Psalmi ita, Cor contritum, & cetera. Attamen non est adeo facilis, & certa, sicut sacramentum poenitentia, ad quod requiritur duntaxat cum aliquai poenitentia obicem non ponere. Contritio autem, vt remissionem adsequatur peccatorum continuari, & intendi debet, vt ostendit Christus in parabola de illo, qui adiit amicum accepturus ab eo tres panes, in qua tandem subinfert. Perite, & accipietis, & cetera. Et de vidua, quæ a iudice propter importunitatem exaudita fuit, & de filio prodigo, de quo dicitur, Cū adhuc longe eset, & cetera. Vbi autem via est facilior, debet qui libet illam ingredi, secus se exponit periculo, & iudicatur suæ salutis contemptor. Adequod tale remedium multum proficit ecclesiæ: plerique enim, si non esset hoc præceptum, nec de peccatis, nec anima salutem curarent. Et quia doctor præ-

dicas rationes inititur dilucere, idcirco aij præceptum confessionis elicunt ex posteriori sententiæ, videlicet, Quorum retinueritis retenta sunt, in hunc modum interpretantes eandem, Quorum retinueritis, id est, pō remiseritis, retenta sunt, id est, non remissa in celo. Vnde optime sequitur, Quorum peccata non remittuntur a præbytero, non remittuntur apud Deum. At quilibet ad laborare debet, vt remissionem obtineat peccatorum, quare ad confessionem adstringitur. Quamobrem eti Christus illuc expresse confessionem non præcepit, tacite tamen indicauit, velut remissionem sacramentale perueniri non potest. Quid enim soluet aut ligabit sacerdos, si nihil ei confessum fuerit? Audi quid Beatus Bernardus dixit, Sufficiet infirmo offendere medicum, qui si sanus fieri velit, illum inquirat, & Boetius, Si opera mendit exspectas, vulnus tuum deregas necesse est. Huc accedit Christiana religionis machina invincibilis, quæ ut ait Augustinus, cumdem hæreses semel abolevit, Hæc autem est traditio, seu definitio ecclesia, hoc est, ipsa confessio concors omnium Patri sanctorum, secundum suorum temporum successiones concorditer redditiū testimoniū scripturis sacris, sententijs Christi, & consuetudini primitivæ ecclesiæ. Hi enim concorditer ex illis Christi verbis astinxerunt confessionem omnibus fidelibus, necessariam: quorum sententias vide apud illos, qui contra hæreticos scripserunt. Quare nihil

*Luc. 13.*

*Lus. 18.*

# Super quartum lib. Sententiarum. 91

hil moramur, quæ Doctor sub-  
l. 5. inde afferit, nempe locum Iaco-  
bi, aut doctrinam ab Apostolis  
sufficiam, intelligo pro cōfes-  
tione astriuenda, cum ex Euange-  
lio satis superque confiter. Porro  
in hoc præcepto pleraque conti-  
nentur. ¶ Primo quis confiteri  
debet, quia adulter. id est, habēs  
rationis vñum, qui videlicet co-  
gnoscit quid iustum, quid iniu-  
stum sit. Deinde quid confite-  
ri debet, quia peccatum mortale,  
pp quod solum post baptismū  
quis naufragium patitur, nō ve-  
niale, quod stat cū charitate, vt  
ostendit Apostolus. Id etiam vi-  
1. Cm. 3. dere est in apostolis ipsis, qui ēt  
post dictum P̄tecoles venialiter  
aliquando offendebant. Debet  
autem diligēs præcedere inqui-  
1. W. 79. fin, iuxta illud Psalmistæ: Exer-  
cebamus & scopemus spirum  
meum, & Lucae. Rede rationē  
vñlicationis tuae, & iterum, Reco-  
gitabo tibi oēs annos meos, &c.  
Ezech. 18. Et illud Ezechielis, Fecerit iudi-  
cator cuius, & iustitiam. ¶ Debet etiam  
1. l. p. 1. integrè confiteri iuxta illud Au-  
gustinii. Quidam vni celant, qd  
ali manifestandum seruant, qd  
est se laudare, & ad hypocrisium  
tendere, & semper venia carere,  
ad quam credunt frustra perue-  
nire. Vide magistruum. ¶ Nec lo-  
Clementum peccata, sed circumstantias  
ficta per peccatum aggrauantes quisque  
cōfiteri debet, cuiusmodi sunt,  
quæ pericli peccati variantur, fu-  
rari facili, cognoscere cōlanguineam, &c. ¶ Deinde frēquentia,  
& quoties admiserit peccatum,  
& id quidē si habuerit certitudē, vel probabilitatem, si non,  
opere attingere propinquita-  
tem numeri, quia toties cōmisit  
nouū peccatum. Sunt & aliecircun-

stantiæ, quæ aggrauant quidē,  
led non variant speciē, aut non  
ponunt in numerū, quales sunt  
maiōr vel minor tēratio, & hoc  
ex parte obiecti, quia videlicet  
puschrum, aut turpe, aut ex par-  
te peccantis, quia videlicet pra-  
uenit tentationem, aut tentatio  
fuit maxima. De his quidem cō  
muniter dicitur, quod nos sunt  
confitenda, nisi confessarius in-  
quirat de eisdem, tamē tuius  
est eas confiteri, iuxta illud, Te-  
ne certū, & dimitte incertū. ¶  
Huc accedit & Beatus Augusti-  
nius dicens: Confideret tentatio  
nē, quia magis peccat cogno-  
scens turpem, quā pulchrā, pro-  
pter minorem tentationem. Ex  
eodem etiam Augustino astriu-  
tur, prædictas circumstantias es-  
se confitendas dicente, Conside-  
ret qualitatem criminis in loco,  
in tpe, in persecutaria, in varie-  
tate persona. Impertinentes aut,  
id est, sine quibus peccatum estet  
adeo graue, & alleuiantes non  
sunt necessario confitenda, nisi  
sacerdos inquirat. ¶ Tertio con-  
tinet præceptum cui, quia facer-  
doti iuridictionem habent, si  
quidem sententia a non suo iu-  
dice lata nulla est. Vñ illud Pau-  
li, Tu quis es, qui iudicas alienū  
terru, & ceter. ¶ Quarto, quan-  
do, quia quotiescumque est in  
periculo mortali, nedum in infir-  
mitate mortali, sed etiam immi-  
net verisimiliter mors, vt in bel-  
lo, nauigio, &c. vnde Christus:  
Estote parati, quia nescitis, &c.  
¶ Insuper quando vuln admi-  
nistreare, aut recipere Sacra-  
menta, saltem si administra trans Sacra-  
menta in mortali fuerit, confi-  
teri debet. ¶ Postremo qualiter,  
quia cum peccati diplacentia,  
cum proposito abstinēdi a pec-  
cato,

*De reg. III.*

*in 6.*

*Rom. 4.*

cato, & obediendi confessario, persoluendo satisfactionē, quā libere ab eo percipiet. Quod si noluerit aliquam acceptare, nō est propterea illi absolvitio neganda, cum si non satisfecerit in vita praetenti, superstit huic satisfactioni locus in purgatorio. Non defunt tamen qui afferant confitum debere persoluere in iunctam sibi p̄cūnitiam, modo rōnabilit̄ imposta fuerit. Quid autem Ecclesia circa præceptum istud determinauerit, ha-

*Ext. de pa* betur in decretib⁹, vbi specia mis. c. Om̄ liter statuit, cui si confitēdūm, n̄is virüs quia proprio sacerdoti. Ex pri-

que sexus. ma enim Ecclesia institutione

non fuerunt distincti propri la

*Matth. & re* cerdos, cum Apostoli iuxta

*Mar. vi. e* Christi præceptū. Euntes in mu

dum vniuersum, , predicate

Euangelium omni creature, &c. Tunc enim Episcopus aposto

lorum non erant distincti. Omnes

siquidem ordinarij erant

vbicunque applicuerint primo,

vel post alium, & id verum est

de Apostolis duntaxat. Nam

cum fuerunt diuisi Apostoli,

hac diuisio ad sortem solum

prædicationis siebat: Verintamen

eo tempore quātum ad discipulos,

fuerunt diuisa Dioceses,

& distincti Episcopi, Curati,

& Commissarij. De Episcopis

patet ex Paulo, Huius rei gratia

reliqui te Creta, & ibi presbyte

*Apocal. 2.* ros, id est, Episcopos, & Ioannes

in Apocalypsi scriptis septem Ec

clesias, & angelis illarum, id est,

Episcopos. De Curatis patet ex

*Act. 14.* Auctib⁹ Apostolorum, Paulus

per vniuersas Ecclesias institue-

bat presbyteros, id est, Curatos.

Siquidem est aliud instituere

presbyteros per vniuersas ciu-

itates, & aliud eisdē instituere p

vniuersas Ecclesias. Nam in vna ciuitate possunt esse plures Ecclesiæ, & vnius ciuitatis est vnius Episcopus, Curati vero tot, quot Ecclesiæ. De Commissarij, ad se priuilegiarīs, patet ex Paulo:

ad Philipenses, ad quos ipse,

Ephaphroditum misit, qui tamē

non erat eorum ordinarius, sed

commissarij Pauli, & promisit

eiām se breui misericordi Timo

theum. Apud Lucam etiam dici Lue

tur, primum designasse septuaginta duos discipulos. Obleria

rāndem pro vero intellectu capi-

tuli, Cum omnis virtutique

rexus, quōd per propriū facili-

dotem intelligitur habens ordi-

nariam iurisdictionem, qualis

est curatus, qui candem habet

immediate. Papa quoque & Epi-

scopus habentes eam mediate.

Religiosi vero non sunt proprii,

sed commissarij, & ex eodem

quoque capite facultatem ha-

bent confessiones audiendi. Di-

citur. n. ibidem, quōd si volue-

rit alieno confiteri, petat, & obti-

neat licentiam a proprio sacer-

doce. Modo mendicantes habet

hoc priuilegium ab ipso Papa, &

concessionē a Pontificibus. Qui

re absque curatorū licetia po-

sunt audire confessiones, nam &

Episcopi, Curati, possunt suffice-

re in locū propriū vicariū ali-

quem. Quare igitur non potius

Pontifex summus, & Diocela-

ni Episcopi id potest: Laico

autem confiteri (licet absit faci-

dos, & mortis periculum immi-

neat) nullus affringitur, cum ta-

lis facultatem aboliriendi non

habet. Potest enim ex intima

peccatorum recognoscione tan-

tum habere verecundia (in quo

solo laicus illi prodeſſe posset)

quantum si laico confiteretur.

# Super quartum lib. Sententiarum. 93

Si tamen laicus peritus esset, & prudens, posset vtiique tunc ab eo super peccatis consilium experire, sed & hoc posse, licet te ipsum non nominet. Determinauit postremo Ecclesia tēpus quo confitēdū est, quia temel in anno, circa Pascha salte. Quare peccator non obligatur mox, postquam dereliquit, confiteri, licet teneamur cōfiteri, & melius certe, ac tuus foret statim confiteri nacta opportunitate.

## DISTINCTIO. XVIII.

Quēst. Vnica pag. 408.

Vtrum clauium potestas temporalis secum concernat penam.

### RESOLVITIO.

**Claui po-**  
**nibus quā-**  
**pene re-**  
**spue,**

**N**hāresi fuisse Magistrum Sententiarum confitat, quod existimauit Euangelicum sacerdotem nullatenus virtute clauium remittere culpam, aut eternam penam. Quod astrarere ad labiora. Primum quod hęc solius sit Dei iuxta illud Psalmistę: Dirupisti vincula mea, &c. & Isaia: Ego deleo iniquitates, &c. Matthei: Qui pōt remittere peccata, &c. Deinde ex cura leprosi, & leproorum, quos prius Christus curauit, quam ad sacrificios Leuiticos mitteret, ex resuscitatione Lazari, qui vtiique prius fuit resuscitatus, q̄ exhibitus Apostolis solendum ab iniustis. Hi aut peccatorē designabat, qui prius (inquit) q̄ accedat ad confessari a culpa, & eterna pena libera tur. Et subinde cōfessarius nihil a iudei p̄fretat, q̄ p̄ ostēdit eū & solutu a culpa, & clauiu vir-

tute eū Ecclesię recōciliat. Ad fert & Magister Hieronymū in illud Matthēi: Quodcūq; ligauit **Mat. 16** ritis, &c. Vnde colligit has claves nihil prortus posse in culpā, & eternā penā, sed duntaxat in temporā penā, & quidē bifaria. Primum ad eā relaxandā. Remissio siquidē (inquit) peccato, & ex cōsequēti eterna pena per cōtritionē, supereft temporalis pēna, vel hic, vel in purgatorio expienda, & partē huius sacerdos virtute clauium remittit. Secundo ad eandē infligendā: Confessarius n̄ aboluta cōfessione peccatorū iejunium vel eleemosinā, &c. p̄cūnitēti imponit. Addit p̄terea, q̄ si talis p̄cēniū in iunctio nō fuerit diuino cōformis iudicio, vt pote maior, vel minor, q̄ diuina expostulat iustitia, s̄m culpe exigētiā existens, neutiquā in ecclis ap̄probati. Magistro subscribit Gabriel, & plerique alii. Hęc aut̄ assertio doctori subtili nō placet, & majori parti parti doctōrum, & proslus primū reprobat. Nā si sacerdos nihil oīno ageret ad remissionem culpe, nō esset penitētia Sacra nouę legis, cū nunq̄ esset gratia eā, nec ex vi operis operati culpā remitteret, q̄ue in p̄fstantur a faciis nouę legis, vt cōstat ex sacramenti definitione, qua dī, q̄ est inuisibilis gratia, visibilis forma, &c. Deinde & ea differētia sacramētorū veteris legis (q̄ gratiam folum adumbrabat) & nouę legis, que ipsam dicitur causare. Quocire si p̄cūnitens non fuerit sufficenter contritus, tunc virtute sacramenti absolutionis remittitur peccatum, quod non remitteretur virtute illi' displicētia. Quare nō abiur de dī, q̄ sacerdos remittit peccatum,

catum, & debitum pœnæ ater-  
na, sed instrumentaliter tantum,  
non quidem, quod sit causa ef-  
fectu illorum, sed quia quid-  
piam operatur, nempe absor-  
ptionem, quæ est dilpositio ne-  
cessitans ex pacto diuino, vnde  
*Ioan. 20.* illud Ioannis, Quorum remiseri-  
tis, &c. ad talēm effectum, cuius  
tamē principalis cauſa est Deus  
ipſe. Rationibus autem Magi-  
ſtri facile est respōdere: Id enim  
exequitur Euangelicus fācer-  
dos, quod legalis olim, sed præ-  
terea aliud quidpiam operatur.  
Intuper contingit aliquād pec-  
catorēm esse in gratia, quando  
accedit ad confessariū, ex pœ-  
nitentia, ac debita contritione:  
Quantum ad secundū quod  
adferi Magiſter, non est necessaria  
exacta illa conformitas iniū-  
ctionis pœnæ ad diuinam iusti-  
tiam, quæ non potest nobis, sic  
ad ynguem innotescere. Sufficit  
enī quod non egrediatur lati-  
tudinem assignabilem, id est, qđ  
non imponat pœnam multum  
excedentem aut deficentem a  
iustitia Dei: Et istud homini pru-  
denti, & in lege diuina exercitato  
notum esse potest. Porro pœ-  
nam a confessorio injunctam pe-  
nitens non adstringitur necella-  
rio acceptare, si malit eam iux-  
ta Dei voluntatem in purgato-  
rio exoluere. Plerique tamē Do-  
ctori aduersantur in hac aſſer-  
tione, quare melius est eam per-  
ficiere, nam si clavis non eret,  
id est, si fācerdos perficiat, quod  
debet secundū vtrāque clau-  
iem, sententia illius rata erit in  
cœlo, nec aliud exigetur a pecca-  
tore. Quod si minorem quām  
par sit ipſoſerit pœnā, nisi in hoc  
ſeculo pœnitēs ſuppleuerit, reli-  
quā ab eo exigetur in purgatorio.

D I S T I N C T I O . XIX.  
Quæſt. Vnica pag. 498.

*Conſeruiturne cuiſibet ſacerdoti elia-  
us regni calorum?*

R E S O L V T I O .

**R** Eceptum est ab omni-  
bus Theologis ſicut  
duplēcēm eſſe in- tia-  
dučtam clauſi,  
poteflatiſi videli-  
cet, & scientia. Illa quidem eſt  
authoritas iudicaria, qua quis clavis  
alteri peccata dimittit, & cenſet ipſa,  
cœlum eidem eſſe aperiendū.  
Hæc vero authoritas eſt cogni-  
ſienda cauſa ipsius peccatorū,  
qua videlicet quis potest cogno-  
ſcere, & inquirere fidelium pec-  
cata. Quamobrem licet ad debi-  
tum viſum huius clavis scientia  
requiratur, nō tamē ad potefla-  
tem viſus ſimpliceri. Et iſtud  
ſemper eſt feruandum, cum in-  
cidit lermo de administratione  
diuinorum myſteriorum gmi-  
nistrōs malos, ut videlicet difce-  
namus poteflatem viſus a recti-  
tudine viſus, quia hec charitati, il-  
la vero conuenit perfonæ. Porro  
vtrāque illarum clauiū triples  
eſt, Prima principalis ſimpli-  
citer, qua ſoli Deo competit, Ego paſſio  
qui deleo iniquitates, &c. Qui hanc  
poteflat remittere peccata, &c. Sc̄. II. 1. 1. 1.  
cunda non principalis, tamē pre Mat. 1.  
cellens, & conuenit ſoli Christo, Ioan.  
Dedit ei poteflatem, &c. Iudi-  
cium facere, quia filius homi-  
nis eſt, &c. Qui omnium mentis, Heb. 4.  
& demeriti nouit, &c. Omnia  
nuda & aperta, &c. Et cuius vo-  
luntas ſemper diuinę iufitiam co-  
operat, & qui placita ſunt &  
ei, &c. Vnde dicitur habere cla-  
ues mortis, & inferni, & dicitur  
quod

## Super quartum lib. Sententiarum. 95

quod claudit, & nemo aperit.  
Tertia est particularis, seu mi-

nisterialis, & collata est Ecclesia  
ministris, vnde apud Ioannem.

Accipite Spiritum sanctum, &c.  
Hoc autem congruum fuit. Nam  
Christo homini data fuit omni-  
nis potestas in celo & in terra  
super peccatorum remissionem,  
quare cum ipse non esset perpe-  
tue futurus praeiens visibiliter (li-  
cet bene inuisibiliter) Ecclesia,  
post resurrectionem, congruum  
fuit, ut hanc potestatem com-  
mitteret ipsi ecclesiæ ministris,

non omnibus (ut aiunt heretici)  
fidelibus, ut fore ordinata Ec-  
clesiastica Hierarchia, ut inquit  
Paulus, Omnia debite, & ordina-  
te, &c. & vitima nempe peccato-  
res de quibus, Longe a pecca-  
toribus salus, & reducentur  
ad primum, id est, Deum ipsum  
per medium, ut pote per facer-  
tem, qui per orationes, & sacra-  
menta fideles Deo reconciliat,

Omnis namque potest, &c. Vn-

de & Moses dicebat, Ego seque-  
runt, & fieri, &c. & haec ultima potestatis  
acceptio diligenter est obser-  
vanda, ut plane nouerimus Chri-

tum dici Ecclesia caput, funda-  
mentum, mediatore remitte-  
re peccata, &c. Alter vero Ec-  
clesia ministris. Si quidem Christo  
excellenter seu principali-  
ter haec competit, ministris ve-  
ro minus principaliter. Huius-  
modi autem potestas, seu sacer-  
dotalis authoritas, clavis per si-  
militudinem dicitur, quando si-  
cut clavis naturalis ad hoc vti-  
lis est, ut foras referret, atque pa-  
refaciat, ita per hanc sacerdoti-  
potestatem hominibus claudi-  
tur & aperitur regnum ecclio-  
rum. Nam & hoc clauditur alii  
eui per peccatum, vel per obli-

gationem ad poenam peccati.

Aperitur autem quando utrum  
que instar obicis retuditur. Vtra  
que vera potestas a sacerdotali  
charactere (quia est potestas co-  
ficiendi corpus Christi & san-  
guinem) distinguatur. Nam Christus  
Apostolis ipsis potestatem  
super corpus suum verum in eis  
concessit, alteram potestatem,  
nempe super corpus suum my-  
sticum, vesperi resurrectionis. Epi-  
scopos quoque successione eius  
de in ordinatione confert. Quia  
obrem & distinguitur a priori  
potestate, & ab invicem, & pos-  
sunt diversi characteres dici. Ait  
enim Episcopis, Tibi dabo cla-  
ves, &c. Præsupponit nihilomi-  
nis ordinem presbyteratus. Si Ius.

Articula

verò inquiras an quilibet sacer-  
dos his clavis quilibet ab  
soluerit possit, etiam si prohibi-  
tus fuerit, sicut quilibet sacer-  
dos etiam degradatus si atten-  
tet conficit, variant dubio pro-  
cul doctores. Nam Ancharenus,  
Marcius, & Durandus liber-  
fateantur quilibet sacerdote m  
ex Christi institutione potesta-  
tem habere unumquemque ab-  
soluendi, quam tamē potesta-  
tem (inquit) Ecclesia limita-  
re voluit, & efficerne sacerdos  
quemque absoluat, si attinet,  
quandoquidem nullus auctu pec-  
cans absolvitur, qui autem con-  
tra Ecclesia præceptum confite-  
tur ei, cui non est subiectus, trahit  
reditur Ecclesia præceptum,  
quare nec absolvitur. Nec pro-  
pterea Ecclesia hac instituendo  
sacramenti essentiam immura-  
vit. His subscriptis Almain. Do-  
ctor autem, & fere ceteri oppo-  
sita autem, afferentes quod  
non quilibet, quemlibet (etiam  
seculi) qualibet Ecclesia prohi-  
bitio-

bitione) absoluere potest, se d. so-  
lum ordinarius, vel commissa-  
rius ab eo, nam sententia a no-  
stro iudice lata nulla est. Id etiā

*Dereg. lu* affrui per *capitulum*, *Onnis  
ris in 6.* virtusque nec potest dici id es-  
*C. omnis* se ex consuetudine, seu institu-  
tione humana, nam hoc modo  
sexus obligari posset consuetudine.  
*Extra de* opposita: Sed nulla cōsuetudine  
pam. fieri potest, vt quilibet quemli-  
bet sacerdotem eligere possit  
*C. Si Epi* sine voluntate superioris, vt ha-  
scopus, in  
6. betur in decretalibus, ergo ne-  
dum esse de lege humana, id di-  
uina. Hęc quidem sacerdotum  
potestas remota est, cuius pro-  
pterea obiectum est peccator  
contritus, confessus, & subdi-  
ctis. Quocirca vt hac potestate  
vti possint sacerdotes, suscepis  
ordinibus opus est, vt per supe-  
riorem dentur inferiores. Prater  
has claves (quae sunt fori secreti)  
sunt aliae dīg in Ecclesia pro fo-  
ro publico, in quo quispiā exco-  
de excom-  
municatur, aut abolitur eisdē  
quidem nominibus nominata, *Articul.*  
*De off. Ar* led recipia distincta, cum primas  
*cid. C. I.* etiam habeant sacerdotes sim-  
plices omnes, non autem duas,  
*Archidiacones*. Deinde pro stremas habere pos-  
sunt etiam non sacerdotes, vt pa-  
ter ex iure canonico. Collate au-  
tem fuere a Christo ipsis Apo-  
stolis, & successoribus, iuxta illud  
Matth. 18: Si peccauerit in te, ibi soluta & in celo, ibi datur  
multiplex potestas Ecclesie cri-  
minis sententiandi: Secundo po-  
testas contra non obedientes  
sententia pugnam infligendi, ibi,  
sit tibi sicut Ethnicus, &c. id est  
excommunicatus, & separatus  
a communione fidelium, & le-  
quitur, Amen dico vobis qua-  
cumque ligaueritis. Ex quo appa-  
ret quod Deus approbat soluio-

nem, & legationem Ecclesie fi-  
etam in foro publico, quam qui  
contemnit habendus est tan-  
quam Ethnicius. Hac autem r̄bus  
est Apostolus, & tamen in his  
duobus locis excommunicationis  
sententiam de facto rulat. Et  
id quidem merito, quandoqui-  
dem peccatum enorme erat, &  
publicum, & forma debita, quia  
processus legitimus iuxta pra-  
scriptum Christi, ac intentio de-  
bita, intendebat enim delinquē-  
tis correctionem, vnde & Corin-  
thius corredit se, vt patet ex ea-  
dem Paulo, alij vero, quia heretici  
erant, non se corredit legū  
tur. Vnde de mala doctrina di-  
citur a Salomonie, Omnes qui pre-  
ingrediuntur ad eam, &c. & ab Ad. 10  
Apostolo, Hereticum homi-  
nem, &c. Alias tamen legimus  
Apostolum prohibuisse com-  
mercium malorum, Si quis vo-  
bis Euangelizauerit, &c. Si si qui  
frater nominatur, &c. Denuncia-  
mus vobis &c. Erunt homines, i. Cn.  
ibi, hos deuita, &c. Et de Ale-  
xandro axario, &c. hereticū, &c. 27. 13  
si quis venit &c. nihilominus nō é-  
tulerunt excommunicationem, *Ad Te*  
nec in Euagelio legitur a Chri-  
sto lata, sed tantum ferenda. Qua-  
re abutuntur isto genere pasim  
plerique pro leuis excommuni-  
cantes, & hęc inuenit ecclesiastico-  
rum avaritia, & sigilli cen-  
sus, &c. Quod si exquiras qui ha-  
bent excommunicationis potesta-  
tem, Certe sumus Pontifex, id  
propria autoritate potest: Episcopi autem authoritate ab ipso  
delegata. Nam nullus potest pro-  
hibere cunctis fidelibus vt vitet  
aliquem ( quod est excommuni-  
cationis ratio ) nisi habuerit in  
omnes iurisdictionem, qualis  
habet dux taxat ipse Papa. Alij ta-  
men

# Super quartum lib. Sententiarum.

97

men Doctores oppositum tenuerunt, & id astruunt ex eo, quod poreta excommunicati prius fuit collata omnibus Apostolis, quia ante Christi passionem. Quocunq; ligaueritis, & quam effec-  
 Matt. 18. Petrus summus pontifex, q; desi-  
 gnatius fuit, post resurrectionem.  
 Matt. 16. Palce oves meas, &c. Sed potest responderi, quod Petro prius fuerat collata in ipsa promulgatione assertore Chrysostomo, & quod prius immediate potestatem iurisdictionis ordinariæ a Christo accepit, ita qui ab eo iure ordinario erant accepturi, si non fuissent a Christo præueniti. Pro ampliori horum declaratione nonnulla extra doctorem sunt obseruanda. Primum quod excommunicatio in genere, est separatio a communicatione fideliuum in sacramentis, & actibus legitimis. Prohibetur siquidem excommunicato, ne via cum alijs fidibus sacramenta suscipiat, & ne cum eisdem versetur. Idem quoque alii prohibetur. Eadem deinceps duplex est. Minor qua separata sacramentis tantum, & incurrit per quodcumque mortale peccatum, & per communicationem cum excommunicatis. Maior qua separata & a sacramentis, & a communicatione cum alijs fidibus in actibus legitimis, de qua quidem communicatione dicitur a Paulo :  
 2 Cor. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, &c. Et beneficentia, & communionis nolite obliuisci. Hac autem communicatio in tribus potissimum consistit. Primo in participatione sacramentorum, 1 Cor. 10. Calix benedictionis, &c. In illo sacramento communicamus 1 Cor. 11. in gratia Dei, & vnumimur Deo,

quoniam vnum panis, & vnum corpus sumus, &c. Etenim in uno spirito omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. ab ista vero communione priuatitur quispiam maiori excommunicatione, quandoquidem sic excommunicatus est veluti Ethnicius, & Publicanus, qui vtraque sacramentorum communione priuatitur, iuxta illud Matthæi. Nolite sancti dare canibus, &c. Secundo fidelium communio Matt. 7. consistit in suffragiis communibus Ecclesiæ, de quo in Actibus Apostolorum, Erant perfeuerantes, &c. Ab ista quoq; priuatitur excōicatus, cum habeatur tam quā Publicanus, & infidelis, cui asini sepultura debetur. Fateretur etiam praxi Ecclesiæ, qualicet Hier. 33. pro infidelibus oret in die Veneris sanctæ, nō tamen pro excommunicatis. Quod si proferas illud Apostoli, Si quis autem non 2 Thess. 2. obvierit corripite vi fratrem, vnde sequitur q; si licet eum ut fratre corriperet, licebit & pro eodem orare. Respondebas Apostolum non ferre illic excommunicationem, sed eā cōminatur. Oblerua quoq; quod licet excōicatus publicis Ecclesiæ suffragiis priuetur, potest tñ quilibet seorsim, & priuate pro eo orare. Tertio consistit in cōmuni convictu, sanctorum cōtatione, in cibo, potu, & loquela, Fratigētes circa domospanes, &c. Hac etiam communicatione Act. 2. priuatitur excommunicatus, si quis frater nominetur, &c. Prædicta autem hoc versiculo continentur. Os, orare, vale, cōio, mensa negatur. Deinde obseruandum quod de re quispiam excommunicari possit. Reolutio plane Theologorum est, q; nullus refutat. 4. C. de

debet vñquam excommunicari, nisi pro mortali peccato exteriori iudice probato, cui annexa est contumacia, vel quia non comparet vocatus ab Ecclesia, vel discedit a iudicio ante probationem sententiae, vel non absit in peccato postquam illi est perceptus, & intelligent per excommunicationem maiorem, & lata ab homine;

**Mat. 18.** Et hac colligunt ex Matthai, Si peccauerit in te, &c. Hac enim intelligitur de peccato mortali, ut patet ex eo quod subsequitur, Si te audierit, lucratu es. Si enim non esset in mortali, non lucraretur animam eius, quia non perditur nisi per mortale. Quamobrem qui minimum tribuant legi, & mandatis, negligitis saluberrimis preceptis Euangelicis, sciant ex eo loco Euangeli, ubi Dominus dedit potestatem excommunicandi, solum consequens esse eundem hanc potestatem dedisse non pro libito, aut voluntate, non pro qualibet peccato, sed pro contumacia, quia ab Ecclesia peccator corruptus, manet incorrigibilis, & impenitens. Si vero a te vel ab Ecclesia corruptus fese corripuerit, eū non esse habendū sicut Ethnicū, & Publicā, et si septuagesies septies peccauerit, & toties se correxit. Propterea si mortaliter quis peccaverit, & peniteat, paratusq; sit satisfacere ecclesia, & parti quā suo peccato laferit, non est excommunicandus. Vnde videant illi qui pauperes excommunicant propter temporalia quando non sunt soluendo &c. Videat minister Episcoporum qui propter pecuniam exigillii indiferenter omnes admittunt excommunicationes, contra praeceptū

eangelicū. Videant qui absentes excommunicant. Hic iam sūdixeris ex doctrina ibidē, si solum sequitur peccatorē pro contumacia esse excommunicandū. Non videtur igitur Ecclesia facultatem habere excommunicandi peccatorem criminis ipso facto, quod est tamen contra commandem ecclesie vium, & contra canones quibus ecclesia pro multis criminibus sententiam excommunicationis inferat tale vel tale crimen committentibus. Neque expectatur vila conlectio, aut admonitio, aut peccati contumacia, quin immo si mox post crimen perpetratum peccans penitent, maneret tamen excommunicatus, donec per absolutionem recōciliaretur. Respondet crimen sub excommunicationis pena interdictū ipso iure secum adferre voluntatis ipsum perpetrantis contumacia. Et hanc solutionem fundari in scriptura patet, si confide remus ecclesiam non infligere excommunicationis penā pro illo opere nisi pro peccato mortali. Sic autem peccans in dolo est, scienter videlicet & ex animo opus quod ecclesia puniat perpetrans, veritatem ius diuinum propter nullum crimen, quātumlibet enim videtur ipso facto excommunicare quemquam prater hanc hæresim, qui propter doctrinam sive hæresim (quod est maximum crimen) vitandus est iuxta sententiam Ioannis. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā nō adfert, nō habet recipere eū, nec audeat dixeritis. Vñ Corinthius, qui vxore patris sui habuit, quod crimen erat maximum, & apud gentes abominabile, non erat ipso facto excommunicatus, quippe

# Super quartum lib. Sententiarum.

99

pequem Paulus excommunicati iussi, & auctoritate ecclesie auferri de Corinthis. Quis autem debet excommunicatus vitari, & sub qua pena vide Driedo, nem & Summam angelicam.

## DISTINCTIONE XX. Quæst. Vnica. Pag. 513.

Vtrum penitentia in extremis valeat ad salutem.

## RESOLVITIO.

**S**i quis in extremis gravi valedidine, vel discrimine (vt est submersio, aut aliud quidius) cōstitutus vere penitenterit, & plene ad Deum, vel dolore interiore (debitis circumstantiis adorato) vel penitentia facio sc̄e conuerterit, vtique salutē consequetur. Exemplo autem est bonus Iacobus, de quo Augustinus, Multū fuit latronis penitentia, sed non fuit s̄era eius indulgentia. Vnde Ezechiel, Quacunque hora, &c. Id autem cōtingere posse constat ex eo vel maxime, & resipiscere a peccatis sit donum Dei, Ignorans quoniam benignitas, &c. Et non sit abbreviata manus domini, vt faluare nequeat, nec aggrauata auris, vt non exaudiatur. Nihilominus potest intentio, quę videt haberi in extremis (ab eo videlicet quicquidem naturales causas negligere) vix est vera, & sufficiens ad salvicem sequendam. Quia admodum difficile est tunc vere penitere, cum tunc impeditur liber v̄sus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore rei harentibus. Vnde Psalmi,

fla: Tremor, & timor venerunt, ibi contexerunt me tenebrae, & alibi, Non est in morte qui memor sit tui, & Paulus, Sicut dolor in vtero habentis, &c. Priniquā aut̄ aliqua detestatio sit vera, requiritur quod liberely eliciatur, immo ad omnem virtutis actum hoc requiritur: Sed in extremis difficile habetur talis libertas. Quicquidem passiones, quę sunt a tristibus, secundum Augustinum, plus mouēt, quam paucis q̄. 36. nes quę sunt a delectantibus.

Hinc est quod immanissima bestię retrahuntur a timore vel dolore a perfecione delectabilium. Sed passiones delectabilium frequenter absorbent v̄lum rōnis, ut Augustinus, Ergo a fortiori passiones prouenientes a tristibus, que licet tunc liberi arbitrij v̄lum omnino non auferrunt, multum tamen impediūt, adeo ut vix delire homo resipiscere possit, iuxta illud diuini Augustini, Cum s̄era venit penitentia, tantus aliquando cruciatus ligat membra, & dolor sensum opprimit, ut vix homo aliquid cognoscere valeat. Praterea antequā detestatio peccati sit sufficiens ad veram penitentiā, necesse est ut sit adornata circumstantiis debitib⁹, principiū circūstatiā suis, id est ut peccator detestetur peccata principia propter Deū, quę offendit, & desiderio cœlesti. Is autem qui tota vita male vixit, & in extremis constitutus paniter, videtur potius moueri timore damnationis, q̄ amore ipsius Dei. Nam si euade re posset illud differimē fortasse non resipisceret, sicut nec ante ea curauit. Quare appetit in eo esse quidpiam inuoluntarium, sicut in eo qui merces in mare

Lib. de etiā  
vit. Dot.

G 2 proj-

## 100 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

DE INDULGENTIIS.

proiecit timens naufragium. Deus autem hilarem diligit datorem. Vnde Augustinus, oportet non solum timere judicem, sed eum diligere, arbitrij enim libertatem quarit, vt possit dolere comisiva, non necessitate, charitatem non timorem. Non igitur timeat pœnam qui penitet, sed anxietur pro gloria. Infuper qui hacenus perleuerauit in peccatis habet malos habitus qui ei impediunt a diuinis, & spiritualibus, & attrahunt ad temporalia. Adeit vxor, filii, diuitiae, quorum omnium (etsi ob-

**De ver. et fal pœn. s.** plurimum distrahant. Adde qd ait Augustinus, Illi autem qui cum potuerint, noluerunt conuerti confiteantur, cui iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod volunt. Et alibi de 2. t. hom. vere penitentibus, quod etiam referunt a Magistro, Si quis positus in extremis. Ex quibus colligitur primum, quod perfauidendum est, vt dum sanus est resipescat propter periculum cui se exponit, sicut Christus iuasit,

**Luca 15.** Nisi penitentiam habueritis & **Mar. 13.** nescitis quidam dominus veniat fero, an dñe. Deinde qd in extremis agenti fauidendum est qd doleat de peccatis libere, & propter Deum, non habita ratione ægritudinis, aut instantis mortis, & præ omnibus caueat ne

**Iac. i.** desperet de Dei misericordia, qd superexaltat iudicium. Consideret de cau. do latronem euangelicu, quem Cyprianus, & Hieronymus ad Damatum teuantur suisle martyrem, Hic quoque ad furiam, ait sae de necessitate virtutem, Qd nobis concedat dominus noster Iesus Christus. Amen.

**N**ndulgere sonat cedere, & delicate tribuere, & indulgentia est delicate permisso. Vñ Quintilianus, Nobis illa educatione (q indulgentiam vocamus) neruos omnes & mentis & corporis friggit, & Poera, Blanda patrum leges facit indulgentia natos.

Theologus tamen in alia vntunt significations, pvenia videlicet, & remissione peccatorum, vt in orone, Fidelium Deus omnium, &c. Vt autem habet sanctus Hilarius,

Non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Indulgentiarum thelaurus sit ex superabundantia meritorum (quatenus satisfactoria erant) Christi & beatae Mariae, & sanctorum. De superabundantia passionum Christi dicitur apud Ioannem, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum &c. Ex qua

authoritate pater passionem Christi sufficienter satisfacere pro peccato totius mundi, & pro toto ipso mundo, ac per hoc cum executio pro paucis tantum satisfaciat, quia pro obtemperantibus soli, Factus est omni. Hob. bus obtemperantibus sibi, &c. Infinitus est thelaurus satisfactionis Christi, nec in manerit Christus voluit mereri, nec pati illas penas, cum Deus nihil agat frustra, illud ergo reliquum derelinquitur pro nobis, quatenus in necessitatibus, ad multas obligati pœnas ex continuis lapibus pro satisfactione recurvamus ad prefatum thelaurum. De sanctorum autem passionum, meritorumque superabundantia quo ad officium satisfaciendi pro no-  
bis

¶ 1. bis, patet ex libro Iob, Vt inā appenderentur &c. Ex his Iob ver bis patet, ipsum plus passum fuisse, quā pro peccatis suis debuerit pati, vt ēt habet Hyeronimus, expōens eundem locum, dicitus (inquit) me peccatis hēc facientibus hēc pati, p[ro]p[ter]o hoc ve  
 lū peccate contuta calamita  
 tem hanc, quā patior pensare  
 tur, & illuc videretis, quia hēc ipsa calamitas velut arena maris supra h[ab]itu[m] peccato[r]um merita ponderaret, hēc Hyeronimus in  
 luper, abundantia autē passionū & consilii super abundantia sa  
 tisfactionū, & idem de multis aperiſſimū. De sanctōrum ve  
 ro intentione, s[ed] quod voluerint pati, sintque pauci libenter, non  
 solum pro te, sed & pro nobis, te  
 statutus Apostolus. Nunc (inquit)  
 gaudeo in passionibus meis p[er]  
 vobis, &c. Idem autē est iudicium  
 de Paulo, & alijs sanctis. Expon  
 de q[uo]d miseria sanctorum adiū  
 genda sunt passionibus Christi,  
 ad cōmē ecclesię vilitatem, &  
 iste est thesaurus. Quod Papa  
 b[ea]ne thesaurum dispensat, patet  
 ex apostolo, Sic nos existimat  
 homo, vt ministros Christi & di  
 spenſatores mysteriorū Dei &c.  
 Cui donatis aliquid, ego &c. ea  
 non donauit culpā, sed p[er]nam.  
 Intuper cū sancti, in quibus sup  
 abundantia operū satisfactionis  
 inueniunt nec expresse, nec  
 determinate pro isto, qui remis  
 sione indiget, opera huiusmodi  
 fecerunt sed cōmuniceret pro to  
 tu ecclesia, apostoli testit. Sequi  
 tur, quod prædicta merita sunt  
 tui ecclesia communia, ea vero  
 que communia sunt alicuius  
 multitudinis, distribuuntur in  
 gulsi de multitudine, iuxta ar  
 bitrium illius, qui de multitudini

p[re]fēctus: summus etiam ponti  
 flex, n[on] claviger est ecclesiæ  
 militantis, sed etiam triumphati,  
 iuxta illud, quod cunque lig  
 gaueris, & cetera. vnde liquet  
 quod in facultate eius sunt the  
 lauri ecclesiæ militantis, dere  
 liciti per Christum in manibus  
 suis. Indulgentias valent ad abo  
 litionem p[ena]e propter crimen  
 debita. H[ab]et sic declarantur, Li  
 quido conflat Christum esse ca  
 put ecclesiæ, cum igitur capit[is]  
 sit officium dirigere membra,  
 concluditur Christum regere  
 ecclesiā. Cum igitur eccle  
 sia vniuersaliter tenuerit, teneat  
 que indulgentias valere, sequi  
 tur propositum. Præterea im  
 pium esset dicere ecclesiam cu  
 ius caput, Christus, & qua sancto  
 regitur spiritu, vt patet ex  
 actis Apostolorum, Vtium est  
 spiritui sancto, & nobis &cetera.  
 Aliquid vani facere, verum ec  
 cleſia vniuersalis errare non po  
 test, iuxta illud Ioannis, Rogat[i]o[n] 23.  
 i pro tempore, vt non deficit  
 fides tua, & cetera. Sed ecclesia  
lum consensum exprimentia.  
Si contrahentes fuerint muti,  
materia huius sacri sunt ipsis co-  
trahentes, aut si est minister  
in contratu matrimonij, hoc  
est illi qui faciunt signa, aut pro-  
ferunt verba ipsis contractus,  
et parentes, qui contrahunt pro  
filios, & filiabus patribus. Quod  
si contraherent priusquam ad-  
eant templum, sacerdos subin-  
de duxat sollemniter celebrare  
sacramentum istud, & eisdem  
item ad ministrat. Potest ni-  
hil oecus teneri sacerdotem so-  
lum esse ministrum huius sa-

cranienti. Quare licet aliqui co-  
trahentes, non est tamen ibi sacra-  
mentum, quantoque contractus  
ille per sacerdotem celebretur.  
Et maiorem recipiunt gratiam,  
quam si seorsim contraherent,  
modo non ponant obicem, id  
est modo sint cocontrati debite,  
aut confessi. Esse etus huius sa-  
cramenti propinquus est obliga-  
tio mutua, Rehodus gratia  
gratum faciens, quia ibi confe-  
runtur, modo penituerit. Ob-  
serua adhuc discrimen inter  
matrimonium contractum, &  
sacramentum matrimonij, ma-  
trimonium enim est vinculum,  
seu obligatio mutua contrahe-  
natum. Contractus matrimonij  
est mutuus consensus eorum  
sacrum, aut in matrimonij est signum  
sensibile (verborum vel gestorum)  
quo explicatur mutuus consen-  
sus ex institutione diuina effica-  
citer signans gratiam conferendam  
contrahebentibus. Superest dubium *Dubium.*  
dissoluendum, cum ex praedi-  
ctis colligatur matrimonium in-  
stitutione ad procreandam prole,  
an possit quispiam vxorem du-  
cere ad vitandum fornicationem.  
Variant doctores. Quidam bea-  
tis Thomas, Bonaventura, &  
alii antiqui afferunt, quod  
si quis vxorem cognoscet, ne ip-  
sa fornicetur, ut puta quia ipsa  
debitum petat, benefacit, sed si  
petat ut vitet fornicationem in  
se solo, non referens in alium  
finem, veniam alterius delinquit. Sco-  
tus vero oppositum tenet, &  
melius, cum dicat apostolus,  
Qui non potest continere &c. *I. Cor. 7.*  
Item propter fornicationem. *Item*  
Quocirca cum matrimonium  
in novo testamento sit institu-  
tum nednm in officium, sed in  
remedium, cum in hunc finem

## 120 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

eo virtut, non peccat, cum finis rectus sit. Sed unde ostenditur honestas & bonitas talis actus? Respondeat non ex ratione quidem naturali, sed ex vinculo indissolubili, & sacramento concomitante. Deinde & ex eo. Quod Christus ob infirmitatem mortalium, & propensionem ad hunc actum hoc indulxit. Quam quidem indulgentiam existimamus factam fuisse priscis temporibus. De illo vero qui propter delegationem matrimonio virtut, dicitur si hoc animo id agat, quod si sua non esset, nihilominus ea cognoscere, mortaliter delinquit. Si vero nollet, nisi esset propria vxor, est veniale delictum, Martinus tamen dicit hoc postremum absque virtute fieri posse, dicens hominem posse uti mediocriter delegationibus absq[ue] offensa, secus esset insensibilis, virtut autem est mediocriter cum sua. Quare colligitur esse actum virtutis, & non peccatum aliquod. Præcedens tamen opinio melior est.

### DISTINCTIO. XXVI.

Quæst. I. Pag. 570.

Definitur ne conuenienter matrimonium a Magistro

### RESOLVITIO.

Matrimoniū  
nō defini-  
bitur.



Matrimoniu[m] ipsi magistro est viri & mulieris coniunctio maritalis inter legitimas personas vitam indissolubilem retinens. In qua sane definitione vocabulum coniunctio nec actio, videlicet pro respectu coniungentis ad coniungentes, nec

passive, nempe pro respectu eorum ad coniungens accipitur. Hæc enim non permanent, nisi quamdiu agens agit, cum sint relationes prædicamentorum actionis, & passionis, sed accipitur coiunctio neutraliter, ut puta pro relatione ad aliquid, nempe pro obligatione qua peractio contractu talis, manent adiunctorum astricti coniuges, Perinde ac peccator ceſante actu vitiōſo, remanet obligatus ad aternam penam.

### DISTINCTIO. XXVI.

Quæst. II. Pag. 571.

An consensus verbis expressus sufficiens sit matrimonij causa.

### RESOLVITIO.

**M**Aliquid vere contractant matrimonium exigit mutuus consentitus interior, verbis de presenti, aut alijs signis expressis: Is porto consensus non est causa officii propriæ illius vinculari, sed est dispositio præterea, sicut baptismi. Et ordinis suscepit est dispositio ad characterem, qui in horum sacramentorum receptione imponitur. Et si mutui consensus non possint eοiuges esse certi-

ti certitu-  
dine de-  
mon-  
stra-  
ti-  
ua, & evidenter sunt tam  
men certitudine  
probabilis,  
qd suffici-  
cit.

di.

# Super quartum lib. Sententiarum. 121

DISTINCTIO. XXVIII.

Quæst. Vnica. Pag. 572.

An solus consensus de futuro expressus  
sui verbis, aut alijs signis  
sit causa matr-  
monij?

## RESOLVATIO.

**N**on matrimonio est mutua traditio potestatis corporum, iuxta illud, Vir sui corporis p̄tēt nō habet sed mulier, Qui aut̄ quipiam promittit, non illud tradit. Quamobrem cum consensus de futuro (qualis est in sponsalibus) non sit, nisi promissio tradendi in futurum, non sufficit ad verum matrimonium, sed desideratur prafens consensus, ut sit indissolubile vinculum, & faciat, quod debet esse representativum signum, & non prognosticum. Quare licet ecclesia iudicet verū esse matrimonium inter eos, qui post sponsalia congriduntur simul, nihilominus id non est ob præcedentem consilium defuturo, sed quia existimat interuenisse consensum de presenti, & quod affectu matrimoniali conuenierunt.

DISTINCTIO. XIX.

Quæst. Vnica. Pag. 572.

Sufficit ad vere contrahendum matrimonium contractus consensus.

## RESOLVATIO.

**C**um nulla potentia cognitiva, aut appetitiva ad proprios actus cogi queat, p-

terea q̄ ad eisdem naturalem habeat inclinationem, Neq; voluntas ipsa (licet ad externos actus violentari possit) simpliciter absolute cogi poterit ad actus suos elicitos, vel imperatos, sed duntaxat secundum quod metu, videlicet maioris mali, quā fit ille actus. Exemplū de projec-

L. 3. etib.

cione merces in mare metu naufragij, & istud accidere potest studio viro, & citra offensam, modo dum sit certitudo, altem probabilis ex euentu futuri malii, quod timeretur, ratione cuius consentit alicui rei, cui secus non consentiret. Deinde illud malum sit graue & enorme, quale est mors, mutilatio membrorum, perpetuum exilium, & is metus dicitur cadens in constantem virum, vir enim constans, ut hæc effugeret, multa admitteret, alias non admissurus. De cōstante viro ait Apostolus, Ego enim didici abundare, & penitentiam pati. Observa tamen nullum metu posse inducere quipiam licite ad peccatum. Quia non potest esse maius malum ipso peccato, Vnde, Nolite, time re eos &c. Quapropter consentitus coactus metu cadēt in cōstantem virum, non sufficit ad matrimonium, qđ indicauit Deus ipse dicens, Vir adh̄ebit uxori sua. Non aut̄ adh̄egret quis ei, qđ Gen. 4.

Gen. 4.

tenet inuitè. Huc accedit cōtra Gen. 24.

1. Cor. 7.

& Ius Rebeccæ, & qđ ait Aposto-

lus, Si vult nubat tantum in Do-

mino. Deinceps & ratio huius

contractus hoc comprobat.

Est enim datio liberæ corpore Extra de-

contrahentium. Illud etiam sponsa. Cū

cedit in cōmodum prolis edu-

lcendum &

& instituenda, quod est c. veniens

finis ipsius in matrimonij. Ad-

2. &c. con-

de & cōstitutionē ecclæasticā. Juslatatione,

D 1.

122 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

DISTINCTIO. XXX.

Quæst. I. Pag. 579.

*Requiritur ne ad matrimonium consensus sequens non erroneata rationem?*

RESOLVATIO.

**B**prox errorum q̄ sunt de necessitate, & esentia matrimonij impedit cōsentum contrahentium, et si explicetur signo sensibili, ne sit sufficiens ad matrimonium. Sed error corū q̄ nō sunt de necessitate & essentia matrimonij, non impedit. Sunt autē tria matrimonio necessaria, Primū persona contrahentes. Secundū mutua corporum potestatū traditio ad procreandum prole. Tertium mutuus consensus. Primū tollitur per errorē perfida. Vnde Iacob credens contrahere cū Rachel, nō cōtraxit cū alia tunc. Secundū auferē p̄ errorē deterioris conditionis. Propter contrahebant cū seruo em pritio, quē putat esse liberū, nihil facit, ob id p̄ seruos nō habeat omnimodam libertatē sui corporis. Tertiū renouē per dolum alterius partis contrahentium, vt si vnu consentiat, alter vero nequaquam, inter eos non est matrimonium, non propter errorem, sed propter defecum vnius cauſa. Quare & persona, quæ vere consentiat, non est obligata, cum non sit hic matrimonium. Quod si is qui dolose contraxit, ait enim subinde indicauerit, non debet ista illa credere. Quare se debet gereze, vt tera coniux, ille vero pœnitere debet, & recenter coniunctus.

tire. Veruntamen, si interea alia vere duceret, secunda procula bio esset vera illius vxor, sed debet primæ satisfacere. Alij autem errores non impedunt, vt error qualitat̄, vel fortuna; vt si crederetur persona esse bona, & erit mala diuina, & est pauper, nobilis, & est ignobilis. Si tamen error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorē personæ, impeditur matrimonium, vt si quāpiam intendat contrahere cum filio regis, & alius ibi exhiberetur.

DISTINCTIO. XXX.

Quæst. II. Pag. 582.

*Fuit ne verum inter Virginem suam & Ioseph matrimonium?*

RESOLVATIO.

**N**emo Christianus ambigere valet inter matrem Dei & Ioseph verum fusse matrimonium, cum Euangelisti id certissimū indicent. Ait n. Matthæus dixisse Angli: M. ad Ioseph. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, & apud eum dem, Genuit Ioseph virum Mariam &c. Item & Lucas. Ascendit autem L. & Ioseph cum Maria desponsata sibi vxore p̄gnante. Accedunt & authoritates doctorum, quas ad fert Magister. Sed quare ipsa nupsit, q̄ debebat cōciperē & parere salutis virginitatemq; deinde inter ipsos verum fuerit matrimonium, utique ambigui pot. Et quidem multæ & variæ a doctribus adducuntur rationes, quæ tamen potius congruent quædā & persuasiones sunt, quam

quam efficaces rationes. Primo ut Ioseph esset testis fidelis virginitatis Mariæ, ut putat quod ipsa nec ab ipso nec ab aliis fuisset cognita. Deinde ut Iosephi curam, & pueri, & matris generi. Tertio propter honorem virginis, ne diceretur ex adulterio peperisse. Quarto ad morum formationem, ut detur virginibus exemplum virtutis infamiae. &c. Ambrosius & Origenes addunt, ut partus diabolo celaretur, mysterium videlicet redemptiois generis humani, licet haec parum suadeat, quia eque potuissest Dæmon integratim virginem cognouisse, licet fuisset deponata, sicut si non nupissesse, si fuisset a Deo permisum. Dicentes Ambrosius & Origenes quod ei quae sunt in corpore, latent diabolum, cum non audet appropinquare, sicut hoc non audebat ob sanctitatem Mariae, ideo si non nupisset, suspicatus fuisset eam esse matrem Messie, cum non comprehendisset in ea peccatum: Cum igitur deponenda esset, non id existimat puras ex matrimonio ipsam concepisse. Quomodo autem inter ipsos verum fuerit matrimonium, dicitur a Magistro, & a nonnullis aliis, & ipsa virginitatem voverat, hac conditio, nisi Deus aliter disponeat; Contrahere vero (ut ait) licet repugnet yoto castitatis absoluto, non tamen conditionatur. Sed haec rō inualida est, cum haec conditio, sed in omni contractu, sed in quoque operi humano includatur, & desideretur, iuxta Iacobi, Ecce hunc quod dicitis, &c. ibi, Si Deus voluerit, quamobrem constat ipsam absolute virginitatem vovisse; ut

colligunt doctores sacri ex interrogatio[n]e facta Angelo, vide[re]t, Quomodo sit istud &c. Si enim solū non cognovisset tunc, nec habuisset p[ro]positum non cognoscendi in posterum, nulla esset quaestio, Quia in futurum cognita (modo non fuisset stetili) concepisset. Quarebat igitur de modo supernaturali, seu (ut ait Ambrosius) de qualitate effectus, quia firmissime statuerat virum nunquam cognoscere: Et in hunc quoque intellectum respondit ei Angelus, dicens, Spiritus sanctus superueniet in te &c. Item, & ecce Heli Verū mafabet cognata tua &c. Item, Nō trimonū erit impossum apud Deū omnia inter verbum. Sed verū nihilole[git] Maria & cius inter eos fuit matrimoniu[m], Ioseph.

Quia in contractu matrimonij non est traditio mutua pratis copulati ad copulam carnalem, nisi sub conditione implicita, si peratur rō habiliter. Vnde si aliqui contrahant cū p[ro]posito mox volendi castitatem, vete contrahunt. Haec autem conditio non praeditat castitatis yoto, nisi ponatur in effectu. Quocirca vbi constat illa nunquā demandari executioni, ibi nullum si p[ro]diciū yoto castitatis p[er] contractū matrimonij. Siquidē yotū virginitatis non est de nob[is] contrahendo, sed de non habenda copula carnali, atq[ue] in p[re]sencia, sicut n[on] habemus apud Matthēi, Ange Matt. 1. lū instruxisse Ioseph dicens, Non timere &c. Ita colligit magis virginē per Angelum, vel immediate a Deo fuisse edocēta, prius quā despōnare Ioseph, ne ambigere accipere Ioseph virtus iustū in coniuge. Ecce n[on] ait (sive Deus, sive Angelus) ad virginē, Spū sanctus dabit tibi eū in custodem,

124 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

stodem, & testē virginitatis tuę, qui tecum pari voto cōtineat, & in multis tibi ad custodiam virginitatis obsequar cōgruentibus.

**Tom. 1. ad uer. Ha** Nec mirum de ista verisimilitudinē fol. dñe, Quia qđquid p̄ficiū est ipsi Ioseph p̄ visionē angelicā, factū est ob virginem, quā fuit immediata in conceptione filij Dei. Exēpla possunt adferri, Primo ex decretalibus. Vnde colligitur dominī alicuius rei posse separari ab vsu eiusdē, & quēpiam vīum, retēto sibi dominio alijs conferre posse: Ita virgo rectento vīu ex cōsenſu ipfius Dei,

**De verb.** potestatē sui corporis dedit signif. c. Ioseph. Deinde si quispiam con exij: qđt transiſet sponsalia cum iuramento, & poitea ingredīsum vouluerit religionis, dēberet, priusquam ingredetur religionem, ut satisfaceret iuramento, contrahēre per verba de p̄ficiū, vbi licet daret potestatē sui corporis, non tamen vīum. Coniux quoque qđ adultera est, habet potestatē corporis sui, non tamen vīum, propter peccatum

**Mai. 4. 19.** suum, iuxta illud Matthai, Qui dimiserit vxorem, nisi ob causam fornicationis &c. Multo igitur magis Spiritus sanctus propter rationes p̄dictas id facere potest. Fuit igitur inter Mariam & Ioseph verum matrimonium, & ratum, licet non fuerit per carnalem copulam consummatum, neque votum conjugis p̄auidicabat illi matrimonio, propterea quod tales votum familiari consilio. Spiritus sancti est factum. Decuit enim virginem Deo virginitate vñri triplici ratione. ¶ Primo, vt est ei decentissimum habitaculum, Quia enim sapientia

candor est lucis eternae, & speculum sine macula, quod nihil iniquitatum incurrit, decebat ut ex matre incorrupta, & re, & voluntate firma conciperetur. Perfecta autem incorruptionis voluntatis in voto consistit virginitatis. ¶ Secunda ratio est vt est ex mulieribus totius virginitatis exemplar. Sicut n. Deus pater Christum viris proposuit, sic eius matrem proposuit mulieribus exemplum: & quoniam hoc est maxime laudandum, & imitandum, felicitē votum virginitatis, ideo in illa esse debuit. Tertia ratio est, quod debet esse in ea totius nobilitatis & sanctitatis pruīgium. Ab sit enim quod aliquia alia virgo beatam Mariam excellat, immo altissimum qui fundauit eam, omni dignitatis privilegio ipsam adornauit, vt sicut eam p̄r ceteris adamauit, sic omnibus etiam sanctior, & amabilior fuit vniuersis, vnde circumscripta maternitate Dei, adhuc ipsa p̄r ceteris debet amari, quare Spiritus sanctus, qui alijs inspirauit virginitatis votum, ei non retinuit celatum. Et p̄dictis etiam patet, quod admiranda sanctitatis, & puritatis fuerit ille bearisimus Ioseph, cuius custodia non solum virgo virginum in iuuenitutis aore, sed etiam saluator mundi extit commissus: Cum beatus Joannes Euangelista valde honorandus & extollendus prediceatur, quod eidem Christus in cruce matrem virginem virginem commisit, vnde arguimus eius ambi virginitatem, quam eruit esse filius adoptionis virginis, & ipsi Christo p̄adactus. Quid de beato Ioseph existimare non licebit: vnde & Magister

gister, Sane credi potest, non so-  
lum Mariam, sed & ipsum Ioseph  
di ipsius apud le virginis  
tatem seruare velle, & id ait ex  
Augustino, cui subscriri be-  
atus Hieronymus, vide locum &  
prosequere locum Apostoli, Qui  
fine vero est &c. Dicit autem  
Iacobus M. illi Hieronymus, Tu dicit Ma-  
riam virginem non permatuisse,  
Ego plus dico, & ipsum Ioseph  
virginem fuisse per Mariam, ut  
ex virginali coniugio virgo filius  
naturetur.

## DISTINCTIO. XXXI.

Quæst. Vnica. Pag. 586.

Sustentatio matrimoni⁹ bona?

## RESOLVATIO.

**M**atrimonium si pro-  
derelicto vinculo  
ex iniquo contra-  
etu accipiatur, vi-  
que, auctore bea-  
to Augustino, tria habet bona,  
Sacramentum, fidem, & probem,  
Sacramentum enim ut est ma-  
trimonij obiectum, non acci-  
pit proprie pro signo sensibili  
grati⁹ efficaci, sed large, ut  
puta pro signo rei sacrae. Et ta-  
le sacramentum est indisolubilis  
vinculi matrimonialis,

qui Deus ipse operatur: Vnde  
in Genesi, Et adharet in uxori  
sue &c. quam & Christus cor-  
roborauit eisdem verbis: Qua-  
re nec inquam dissolui potest,

qui nisi per mortem alterius par-  
tis, Quod si dormierit vir eius,  
soluta est a lege viri. Aut per  
unum relaxationem, qua sit ab ipso  
Deo, sicut in matrimonio rato  
non consumato contingit, quo-

niam alter coniugum religio-  
nem ingreditur, etiam altero re-  
tinente, quod quidem fieri ex  
Dei consilio constat, ex quo  
Christus Ioannem a nuptijs vo-  
cauerit. Deinde ex facto diu  
Alexij, & Macharij. Nec eccl-  
esia aliter, nisi videlicet hoc Chri-  
stus instituerit, permisisset, ma-  
trimonio rato non consumato,  
alterum ingredi religionem. Por-  
ro hec indissolubilitas sacramen-  
tum dicitur, quod indissolubi-  
lem Christi cum eccllesia con-  
unctionem, que fit per charita-  
tem significat, quam profecto  
significatione expressit Aposto-  
lus, Sacramentum hoc magnū ex publico  
est &c. Et perpetuum Christi cū inservit  
Eccllesia adhesionem ipse Christus  
pollicitus, est dicens, Ego  
vobis sum &c. Quod si con-  
sumatum fuerit matrimonium,  
designat etiam conformitatem  
Christi cum Eccllesia in natura  
humana. Vnde Apostolus, Nullus  
quam angelos apprehendit &c. litera e.  
Vide magistrum. Fides vero at-  
tenditur in hoc, ut feruer fide-  
litatem in actu matrimonia-  
li, ut reddat coniugi quod suum  
est, & nec cum altera, aut cum  
altero concubetur, cuius boni  
faciendi, nisi Deus coniugi-  
bus in hoc sacramento imper-  
tierat gratiam, quoties quisque  
coniux inter tot carnis, mundi,  
& Satanæ infidias positus,  
eam fidem corde sinceram—  
aut incommutabilem recine-  
ret? Nam Christus moechatio-  
nem cordis, moechationi carnis Mat. 5.

equar, Vnde apud Matthēū, Qui  
videlicet mulierem &c. Proles po-  
strem bonum, cuius potissimum  
gratia matrimonium con-  
trahi debet, constituit in obliga-  
tionem ad prole grataanter accipie-  
dam

dam, religiose educandam, & hoc sub conditione, si videlicet eueniat. Huius rei habes exemplum in Thobia iuniore, cui ait Angelus, Thobia audi me, & ostendam tibi &c. Et, Postquam vero coenauerunt, vique ibi, in secula seculorum. Quod cum sit matrimonium, non solum culpa vacat, sed & ipsum meritum habet. Ceterum quod tantum vitanda fornicationis gratia cōtrahitur, magis secundum indulgentiam conceditur. Hoc au-

*i. Cor. 7. tem dico &c.*

### DISTINCTIO. XXXII,

Quesit. Vnica pag. 590.

*Etsi ne necessarium coniuges sibi m̄g-  
suo reddere debitum.*

### RESOLVATIO.

*i. Cor. 7.*



Yum Apostolus cū  
etis precipiat, vt vir  
vxori debitu-  
reddat, & vxor vi-  
ro. Quia mulier  
non, habet potestatem sui  
corporis, vt inquit Apostolus in  
epistola prima ad Corinthios,  
quem locum perractans Hiero-  
nymus. Spōte quippe (ait) se obli-  
gauit, vt reddere cogerer, opus  
erit vtique, vt id a coniugibus  
præstetur, & id duplice fine com-  
men labitur, aut prolis procreā-  
dā, aut fornicationis vitanda.  
Quod si libido maneat, si stans  
tamen infra matrimonij finem,  
quia videlicet nollet non suam  
cognoscere, veniale erit delictū,  
Si fidem matrimonij exeat, ac  
tam effrenis fuerit libido, quod  
& vxorem (licet nō esse sua) co-  
gnosceret, mortalis profecto est  
offensa. Hęc autem debiti red-

*Aversus  
Iouianus  
lib. 1.*

*Mat. 5. et  
19. c.*

dendi obligatio intelligitur, nisi  
alterius perendi formicādo am-  
serit: tunc enim innocens, si pu-  
blice id confiterit, non affringi-  
tur hac lege, vt constat ex Mat-  
thaeo. Qui dimiserit vxorem &c.  
Vnde colligitur ob fornicatio-  
nem dimitti posse quantum ad  
torum, non tamen quantum  
ad vinculum, vt aliam videlicet  
ducere possit, dicente Christo,  
Quos Deus coniunxit &c. Siin  
vterque lapsum seruit, tunc paria  
crimina pari vindicta sunt delen-  
da, consimiliter rato matrimo-  
niū, nequit cogit quispiam, v. m̄  
mox debitum coniugi reddat, qd.  
Quia licet adhuc ei monachū palia  
pium profiteri, & deliberare per frat-  
duos menses. Deinde si quispiam  
astringitur fortiori vinculo ad  
non reddendum, non tenetur  
tunc reddere. Siquidem maior  
obligatio minorem tollit, iuxta  
Theologorum præscriptū, quā-  
do incompatibilis occurunt  
obligationes, minor plane maio-  
ri cedit. Id autem accedit cum  
debiti redditio cedit in deti-  
mentum propriā salutis: Deinde  
cum esse aborius, aut occi-  
sionis foetus caula. Quare non  
abs relege Molayca cātū erat, lnt  
ne quis ad mentiturat acci-  
deret, & accedens occideretur:  
Que poena pro mortali tantum  
immegebatur peccato. Nec istud  
minus obliterari debet in lege  
euangelica, que summā in ius  
professoribus exigit puritatem,  
& castitatem. Ade quod die-  
bus festis, & ieiuniiorum, ac pro-  
cessionis monet ecclesia coni-  
gatos, vt abstineat ab actu ma-  
trimoniā, iuxta illud Apolol. 1. 17  
Nolite fraudare inuicem, ibi, ora uas  
tionem. Vnde & Augustinus, uas  
Christiano cum vxore sua h. 4. 11.  
co

et aliquando conuenire, ali-  
quando non, propter processio-  
nis dies, & ieiuniorum. Quia a li-  
citis aliquando abstineamus est,  
vt facilius imputari posit, qd  
postulatur. Itē quoties vel dies  
Natiuitatis, vel reliquę festiuita-  
tes aduenient, non solum a con-  
cubinarum confortio, sed etiam  
a propriis vxoribus Christianū  
debet abstinere. Contentit Ambro-  
sius, & Hieronymus, & refer-  
untur Magistro hac distinct. Vide  
q. 33. quæst. 4 per totum.

**DISTINCTIO. XXXIII.**

Quæst. I. pag. 594.

Licitus aliquando bigamia?

**R E S O L V T I O.**

Vm matrimonium  
quidem sit contra  
ctus, & in omni cō  
mutarione stricta  
iustitie commutata  
requirat aequalitatem,  
quantum fieri potest, & id habi-  
ta ratione finis, propter quem  
fit commutatio; Hac in re habe-  
da erit quoque ratio ipsius con-  
trafutus matrimonialis. Is aut̄ du-  
plex est, prolis procreatio, &  
fornicationis vitatio. Et quidem ha-  
bita respectu prioris finis, licita  
plane erit bigamia, cum corpus  
viri, quantum ad humum attiner-  
finem, præster multieris corpore:  
vir quoque plures simul fecun-  
dere potest, non contra. Si autem  
secundum spes finem, eiusdem  
sum momenti vir & vxor, vt offe-  
dit Apostolus dicens, Propter  
fornicationem, &c. Quo circa ha-  
bita viri que finis ratione, aut  
postremi d'utaxat, illicita erit ip-  
ta bigamia. Deinde obseruanda

erit in hac commutatione supe-  
rioris institutio, aut approbario,  
vt completa ibi reperiatur eque-  
ritas, & iustitia. Superior autem

*Glossa.*

instituit hanc cōmutationem de-  
bere fieri vnius mulieris cum  
uno viro dicens, Adhæredit vox  
iux, & erunt duo &c. Quare  
& id ipsum perpetuo est obseru-  
dū, nisi ipse reuocauerit, reuoca-  
uit vero illud ipsū olim. Et hoc  
quidem congrue, quando expe-  
diebat multiplicari genus hu-  
manum ad diuinum cultum, qd  
pauci essent vere Deum cognos-  
centes & colentes, quia in suc-  
cessione sanguinis erat successio  
religionis. Siquidem in lo-  
lis patrum successoribus reman-  
sit fides, & diuinus cultus, alij  
vero ad idola defuerant. Hinc  
& sacerdotibus coniugia decre-  
ta sunt, quia in successione fami-  
liae erat successio sacerdotij. Ad-  
de quid etiam ex parte contra-  
hemium esset illud equum, &  
iustum. Quando enim quidpiā  
statuit ob duos fines, quorū  
vnum est præcipuus, alter vero  
minor, contentaneum est, vt il-  
le re eo modo, quo magis pro-  
dest ad principalem finem affe-  
quendum, licet quidpiam detra-  
hatur finis inferiori. Exemplum  
sume de cibo, qui & ad delecta-  
tionem prodest, & ad nutritio-  
nem, & hic finis ( nempe nutri-  
tio ) præcipuus est, quare poterit  
quispiā licite vesel cibo alioqui  
minus sapido, & desectabili, si  
magis illi profit ad nutritionē,  
& indiuidui conseruationem.  
Sic & matrimonio ( quod pro-  
pter duos prædictos fines est in-  
stitutum ) vii licebit secundam  
rectam rationem eo modo quo  
habetur præcipuus finis, qui est  
prolis procreatio, et si quidpiam  
adima-

adimatur fini minus principali. Illud autem sit cum vir superueniente necessitate ducit plures uxores, quamobrem & illud quoqua iustum erit ex parte contrahendum, & accedente ipsius Dei ordinatione necessarium.

**Gen. 16.** Sic legimus Sarum compulisse Abraham, ut ingredetur ad ancillam, ut saltet ex illa prolem suscipere. Sic fecerunt Lia &

**Gen. 30.** Rachel. Fuit autem hoc dispensatio facta Patriarchis, & Prophetis per internam inspirationem, ceteris vero minoribus, corum exemplo, & hoc fine, cōcessum. Huiusmodi autem vxorum quaedam concubine dicebantur, ut Agar, eo quod non essent uxores precipue (legitime tamen erant uxores) nec haberent regimen domus, & familia. Insuper harum proles licet dotetur a patre, non tamen debebat succedere hereditati, ut patet ex Genesi.

**Gen. 25.** Quare non licuisse Abraham agi expellere, nisi per praecertum Dei, qui voluit ita fieri ad explicandum mysterium, quod describit Apostolus, dicens: Quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Nunc autem id non est necessarium, propterea quod populus Dei satis sit multiplicatus, & quia Christus hanc dispensationem reuocauit, reuocans matrimonium ad primam institutionem, ut sit unus cum una sola.

**Ad Gal. 4.** Quamobrem licet bello, aut clade aliqua bona pars virorum deficeret, superstitibus, plerique feminis, nec adhuc quidem id licitum fiet (bigamia videlicet) prater speciale ipsius Dei mandatum, aut reuelationem, qua ipsi fecerit Ecclesia.

**Mat. 19.** vnius cum una sola. Quamobrem licet bello, aut clade aliqua bona pars virorum deficeret, superstitibus, plerique feminis, nec adhuc quidem id licitum fiet (bigamia videlicet) prater speciale ipsius Dei mandatum, aut reuelationem, qua ipsi fecerit Ecclesia.

DISTINCTIO. XXXIII.  
Questio II. pag. 397.

Potesttris qui bigamus ante baptis-  
mum fuit, usque baptismo ad sa-  
cros promouere ordines?

### R E S O L V T I O.

**B**igamus ante baptis-  
mum, siue poftis, tam  
sceptici, irregularis fuit,  
est, assertore Augu-  
stino. Cui subtiliter  
bit beatus Ambrosius, Homicidi  
da tamen aī baptismū, cū homicidi  
da fuerit nō est irregularis, ut pā dicit  
et ex luce canonico. Potissimum vero  
horum ratio ex mente Scoto-  
ni est statuum Ecclesie (quod rati-  
foli est irregularitatis causa) ita ex  
decernentis: Et quidem ratione vi-  
bility. Si quidem homicida ple-  
titur irregularitatis poena ob  
effusi sanguinis horrorem, pro-  
pter quod etiam David prohibi-  
tum fuit ad facire domum tem-  
plum. Porro is horror baptisma-  
te tollitur, cum presumatur ex  
lupo agnus effectus, instar Apo-  
stoli, qui ex persecutore effectus  
est ovis, & pastor. Cessante igit  
causa, cessare debet effe-  
ctus. In bigamo autem non cel-  
lat causa irregularitatis, & inha-  
bilis ad ordines per baptis-  
mum, quia semper in eo defec-  
tus sacramentum est significatio-  
nis remaneat: quando quidem  
significatio, seu representatio  
defideratur in sacerdote perso-  
nam Christi in comparatione  
ad Ecclesiam referente. Chris-  
tus enim unicus fuit unicus spō-  
sa Ecclesie sponsus. Itud autem  
non refert bigamus, quippe  
qui aut duas habuit uxores,

auct.

aūt vnam quā fuit duorum. Potius aut representaret, aut Christum duas habuisse sponsas, aut ipsū non fuisse perpetuo, & solum Ecclesia sponsum.

## DISTINCTIO. XXXIIII.

Quæst. 3. pag. 600.

*Fuit licet Mosis sedatoribus  
veres repudiare?*

## RESOLVATIO.

Vm Moles, vt legis diuinæ promulgator Iudaicæ vxores dimittere permisit, id quoquellicum eid en hinc fuisse cōstat, secus (qd absurdū est) lex ipsa anlām peccandi præstislet, si vi delicit illicitum aliqd impune admisisset: Nulla ē concessio eorū quā licent, ex sacris literis autoritatē haberet, cū calumnari posset aduersarius concepcionem rei illicite, vt commode cōmonstrat Augustinus dicens: *Sicut sacras scripturas, &c. Huc accedit Malachias. Cū odio habueris vxori, dimitte ei dicit dominus Deus Israel. Quocirca quemadmodum Deus dispensauit cū patribus in bigamia propter bonum prolis, ita dispensauit cum illo populo duro, & rudi in repudio ad vitandum vxoridū, quod & significauit Christus dicens: Ad duritiam cordis vestri, &c. Quocirca cum Christus dixerit, *Quicunque dimisisti, &c. hoc accipiendo est pro tempore legis Euanglicæ pro quo reduxit matrimonium ad primam sui institutionē, & integratē, nempe ut decet, & vnum cum una, & indissolubile, sicut**

erat tempore legis naturæ. Deinde cum ait, *Ad duritiam cordis vestri permisisti, &c.* hoc non arguit illud fuisse illicitum, sed ob eorū malitiā fuit illis permisum uxores dimittere, qnd securus non fuisset concessum: Sed id quod erat eis vtilius fuisset præceptum, perpetua videlicet adhæsio vxori. Duritia enim subiectorum, & intractabilitas in causa est lāpenumero, vt quipiam eis relaxetur, quodq; alias vtilius illis foret non abrogari.

## DISTINCT. XXXIII.

Quæst. Vnica. pag. 604.

*Eſtī matrimonio ineptus, qui omnia  
alium praestare nequit?*

## RESOLVATIO.

**D**opotentia in pñtia alicui bifariam inesse pōt, vel naturaliter, vt frigiditas in viro, mutilatio, &c. & arctatio in muliere, vel caliter, seu per maleficū, & vtraquistarū, si perpetua fuerit, cū vide licet p naturā, aut artē mederi neque, & matrimonii pcedat, impedit contrahendū, & dirimit contractū. Et hoc intellige *Ei extra.* quantū ad psonā, in qua est talis de frigide, impotentia, si aut subsequantur matrimonii contrađū nō dirimit. Si vero accedit contracto, & ratio matrimonio, non tñ consumato, Emi Canonistas dirimit. Doctor tamen non videtur fauere huie assertioni, nec bona pars Theologorū, qñ certo constat antea non fuisse hanc impotentiam. Maleficia autem hoc modo sunt, damones enim pangunt cū hominibus, & stant pol Resoluit. 4. I. lici-

licitis, nō ratione fidelitatis, sed  
vt hoc modo imponant homini  
bus, (vide Scotum, Bonaventu-  
ram, & alios in hunc locum) &  
alij eis adhærent, quod non fa-  
cerent si nullas obférarent pa-  
tiones, & hi quibus seruant  
promissa, eos colant. Ex super-  
bia quippe summopere optant  
honores diuinos. Quos quidem  
permittit Deus potestate  
sua nonnullos circa aliquos a-  
etius impedit, (quos quidem  
actus alias exercerent non im-  
pediti) ob eorum sceleris, aut  
aliam causam nobis occultam,  
sicut Maga pangens cum Sata-  
na agit, vt quempiam impedit  
ab actu matrimoniali cum vxo-  
re, donec maneat hmoi malefi-  
cium acu videlicet curvata, aut  
quippiā simile. Hmoi vero male-  
ficiū, si proborum virorum  
orationibus infringi posuit, id  
utiq; optimū erit, quas si Deus  
merito non exaudiat, si potest  
cognosci maleficium, & destru-  
tur, non amplius tamē impedit  
dæmon, quippe qui non aliſtar  
ex pacto ablatō ī signo, quod  
quidem nedū licet facere (de-  
struere inquam opera diaboli)  
sed & meritorium est. Non ta-  
men hic vla est infidelitas, cum  
non acquiescat deſtruens operi  
bus malignis, sed ſciat dæmonē  
posse, & vele hunc impedire ita  
p̄ scripto signo, & coē amo-  
to ab impedimento defiſtere.  
Exemplū potes defumere ex bea-  
ta Iustina & Cypriano: licet etiā  
dissoluere maleficia per ſcien-  
tiā acquiſitā licet a diabolo, &  
hoc q̄ potest illa vi ſine inuoca-  
tione, & patione cū dæmonē,  
ſicut potuerit Cyprianus, cum  
fuit cōuerſus. Quare cū q̄tū nū  
Acceat maleficū adiic, vt malefi-

cium dissoluat. Respondetur, q̄  
ſi conſet ipſum habere media  
quo poffit ſubuenire abſque in-  
vocatione, aut patione cū dæ-  
monē, licet. Si autem aliter no-  
poſſit, niſi inuocando, aut pa-  
gendo cum dæmonē, non licet,  
quia non ſunt facienda bona,  
vt veniant mala. Item non licet  
cooperari ad actum de ſe malū.  
Dicis enim in Deuteronomio  
Non accedes ad Arioſos, &c. Et  
ab Apoſtolo, Nolo vos effeſo-  
cios dæmoniorum.

### DISTINCTIO. XXXV.

Quæſt. Vnica. Pag. 607.

*Impeditne adulterium matrimonii.*

### R E S O L V T I O .

**A**dulteriū cum pro-  
millionē & iura-  
mento nuptiarum  
mortuo coniuge,  
aut cū contradic-  
tione, impedit & dirimit mat-  
rimonii, si ambo conſciū fuerint  
huius sceleris, & cū ſimpli aue-  
promiſſione, non impedit. Si al-  
ter tñ conſcius fuerit, & cōtra-  
hant eo reclamante, non diſſoluet  
cōtractū matrimonium,  
ſed in pgnam ſui delicti cogetur  
recenter conſenire: ſi vero pat-  
iencia reclamarit, diſſoluet. De-  
inde adulteriū cū machinatio-  
ne in morte coniugis legitimi  
conſimiliter impedit ac dirimit  
matrimonii. Adulteriū vero fo-  
lū, non impedit, neque ē ſpon-  
ſalia, aut contradic̄tus nuda impe-  
diunt, ē facta viuente legitimo  
coniuge: machinatio aut in mor-  
te coniugis cu effectu, vt cum  
quis propriam vxore occidit, vt  
ducat alterā, aut alterius mulie-

ris occidit virum, aut procurat eius mortem, ut talis ducat, & impedit, & dirimit. Quod si non eo animo eum occideret, non impediret. Si quispiam vero ad hibito iuramento promittat alicui, quod mortua propria coniuge, aut viro illius, si vxorata fuerit, ducet eam in ipsam, aut de fado cum ea contrahat, si non interueniat inter eos adulterium, aut mortis legiti co*n*jugis matrimonio, contrahere poterunt, peccauerunt nihilominus. Prædictorum vero ratione est Ecclesiæ ordinatio, has ploras ratione adulterij & homicidij illegitimantis, vt coninges ab eisdem retrahat.

DISTINCTIO. XXXVI.  
Q. 1. & 2. Pag. 610. & 613.

*Inveniuntur imputaturum matrimonium,  
et puerilis astate.*

#### R E S O L V T I O .

**E**T si lege nature liberis nascuntur omnes filii, tamen natura duce, & dictante parceribus subiungit. Unde constat seruitutem lege positiva introductam fusile, quæ proinde ut iusta punatur, operapretium fuit aliquos voluntarie primum se se hac constituisse seruitute, aut iuste dominante flagitiosos ( qui & sibi suis, & Reipub. suis liberate nocebant ) ob sua scelerata in seruitute redigentes, quemadmodum Noe subiecit proprii filii Châ, & eius posteritate. Maledictus, &c. Quia aut in bello capiuntur, non prius in hanc despoticam rediguntur, qui vero tenui sunt despotica seruitute, conscientiæ

dño eorum nubere pati sciendi eorum conditionem. Quod si heros noluerit, nihiloseius contrahere pati, quia non se priuarunt of libertate, quinimmo hanc ius in proprium corpus, quare & illud pro altero pati computare, & cum libera sciente coru seruitute, & cum ancilla similiter. Si autem libera cum qua contrahit ignorat ipsum esse seruum, nullum est matrimonium, quandoquidem ignorantia deterioris conditionis & non melioris impedit, aut aequalis. Ex quo confequitur, si est ancilla, teneret matrimonium, licet ignorasset ipsum esse seruum, cum aequalis *2. quæst.* sint conditionis. Puer vero ipsafilia quidem inire valet, non autem matrimonium contralire, priusquam decimum quartum attigerit annum masculus, & femella duodecimum, quia antea communiter nequeunt debitu reddere: In aliquibus tamen astatem malitia supplet, & complexio, ideo in talibus tenet contractus.

DISTINCTIO. XXXVII.  
Quæst. Unica. Pag 614.

*Possuntne sacris initiatæ ordinibus  
uxorem ducere.*

#### R E S O L V T I O .

  
Vi sacros iam ordines suscepere, matrimonium prorsus in ecclesia Latino-rum contrahere nequeunt, in eâ autem non est continentia voti ab ordinato emissum in sacri ordinis susceptione, aut sacro annexu ordini Ecclesia precepto, sed idcirco *¶* Ecclesia

eclesia hasce personas omnino il  
legitimas fecerit, perinde ac eas  
qua se in tertio, & quarto con-  
tingunt gradu. Quare et si con-  
trahere temerarie præsumant,  
nullus est is contractus. Quam-  
vis enim caterorum materia Sa-  
cramentorum Ecclesia non sit  
subiecta, quippe qua ab ipso  
Christo, aut Apostolis est aut  
dedicata, aut prescripta, ut ba-  
ptismi, confirmationis, ordinis,  
&c. matrimonij tamē & pœ-  
nitentia materia ipsis Eccle-  
sia facultati, ac dispositioni sub-  
iacet, propterea quod in illo cō-  
tractus sit, istud vero iurisdi-  
ctionis concernant potestatem.  
Vnde liquet eos hæc Sacra-  
menta non recipere, qui Ecclesia ci-  
ca hæc sancta negligunt præcep-  
ta. Nec abs te altaris ministros  
vxoribus carere sanctum est, si  
quidem ij deputantur sacro mi-  
nisterio, quod sane & mentis &  
carnis munditudinem requirit, vnde  
Mundi estote qui fertis vaſa  
Domini, per perspicacitatem in-  
tellectus, & affectus feruorem,  
ad qua plane disponit continen-  
tia, & ad horum opposita, nem-  
pe immunditiam mentis & car-  
nis, intellectus hebetudinem, ac  
affectus tempore carnalis actus  
frequentia deducit. Nec potest  
quiſpiam inculpare Ecclesiam, q̄  
alli praedixerit in suo iure, quo  
potest vxorem ducere, quia Ec-  
clesia neminem cogit ad suscep-  
tionem ordinis sacri, & satis  
superque vulgavit sacris initia-  
tos ordinibus inhabiles esse ad  
matrimonium contrahendum.  
Quocirca quilibet libere, & om-  
nino voluntarie hanc incur-  
rit in idoneitatem,  
seu illegitimam  
coniuicium.

DISTINCT. XXXVIII.  
Quæst. Vnica. Pag. 615.

Continentia volum an matrimonium  
impedit.

### RESOLV TIO.

**V**otum utique pro-  
missio est delibera-  
tione formata, qua  
quidem sele quis-  
piam ad aliquid  
faciendum, vel non faciendum  
Deo aſtrinxit & obligat. Id autē  
est multiplex, vt priuatum  
& publicū, deinde ſolēne, & ſim-  
plex. Porro ſolēne di, quod emi-  
titur in fufceptione factorū or-  
dinū, aut in profefſione aliquis  
religionis approbat: Et hi duo  
modi ſunt iuriū tm. Additur autē  
fufceptione vestis ſacra, qua tantū  
profidentibus dari debet. Alio  
autē modo ab his emiſſum coni-  
uenit, vñū ſimplex dicitur co-  
ram multis fiat, dicitur proinde  
ſolēne votum, non ꝑ propter  
ea ſit publicū, ſed quia habet  
in ſe quidpiam annexum, via  
publicum deuenire debeat, &  
quia per illud votum redigatur  
in alterius potestate, vt patre  
in ſacerdote reſpectu Epifcopi,  
& in religioso reſpectu ſui praſa-  
ti. Votum autem ſimplex, licet  
impedit matrimonium contra-  
hendum, quia tales nequeunt  
contrahere, diſplicet enim Deo  
infidelis & iniusta promiſſio  
eius. Itē, Vouete & reddite, &c. In  
pō tamen dirimit iā contradū, fūm  
Solemne vero ſimpliceret, & pro rā  
ſus impedit, quare ſi huiusmo-  
di præſumant contrahere, nihil  
faciunt. Ratio autem horum po-  
test aliſguari duplex, prima quia  
vouens ſolēniter continentia,  
dat

dat facultatem ei inter cuius manus emitit votum, ut possit eum cogere ad perpetuum seruandum continentiam. Vouens vero sim pliciter non id facit. Qui enim emittit votum solenne, alienat a se nedum ius videnti suo corpore, sed etiam potestatem ipsam. Vouens vero voto simplici, ius videnti suo corpore, a se quidem alienat, non autem ipsam potestatem, quam penes se retinet. Quocirca si eam alteri debet, tenet, licet peccet. Quoad modum igitur puer contrahere nequit, ob id quod non habeat potentiam ad actum carnalem (et nemo dat quod non habet,) eadem ratione, nec qui solenniter vouet, quia non habet potentiam ad actum carnalem, siquidem eam iam dedit Deo, & ecclesia, aut religione. Hac porro horum votorum dicta elicetur ex actibus Apostolorum, ubi refertur quomodo fidèles defercebant bona sua ad pedes Apostolorum & a se, & vobis & dominum inter manus Apostolorum alienabant, unde Ananias, & Saphira, quod hoc frigescunt votum, puniti lucre. Secunda ratio (qua est Scotti) est statutum ecclesie videnter solenniter illegitimitatis, non autem videntem simpliciter. Et hucus causa fuit, quia ille se possum in potestate ecclesie, quantum attinet ad eascitatem seruandam, non sic iste, sed solum in manu Dei, id est & ecclesia relinquit eum diuino iudicio, & licet per ceremonialiter, non tamen illegitimat, quia sequeatur maius malum, cum non omnia mala punit, vide Driedonem. Quaenam autem statutum predictum illegitimationis sit ab ecclesia, ipsa tam illegitimatione sit a Deo, &

Spiritu sancto assistente ecclesiæ, & tale statutum approbat, iuxta illud actuum Apostolorum, *Act. 15.*  
Vistum est Spiritui sancto, & nobis, &c. illud Pauli, Congrega *I. Cor. 9.*  
tis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu.

D I S T I N C T I O . XXXIX.  
Quæst. Unica. Pag. 618.

*Utrum disper cultus matrimonium impediatur.*

R E S O L V T I O .

**S**icut infideles quidem potest esse matrimonium, & idem legitimum, cum nulla naturali, aut diuina lege prohibetur. Nec obstat quod in eorum coniugijs non repertantur pfecte tria matrimonij bona, nam ea ad connubium fidelium Christianorum datum taxat pertinent. Deus est enim primum concessi hoib[us] matrimonio coiugi, eisdem quoque concessissimis putatur. Verum in eorum matrimonia non sunt prorsus rata, & indissolubilia, cum ex confirmatione alterius ad fidem Christi dissolui possint, assertore Paulo, Quod si infidelis discedit, & certius enim vincitur dissoluit minorem obligationem, quia utrumque simul confidere nequit. Quod accidit quod infidelis renuit cohabitare cum fidelis, aut si velit, non tamen ab his iniuria, & blasphemia Salvatoris, & cum inducitio ne fidelis ad infidelitatem. Inter fidelem autem & infidelem esse potest matrimonium ante fidem contractum, & licite, ut ostendit Apostolus, Vir infidelis non dimittat, & cetera, alias suaderet ipse.

I 3 fori-

## 134 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

fornicationem, aut quidpiam illicitum. Veruntamen non licet nunc fidelis contrahere cum infidei, propterea quod ecclesia tales illegitima uerit per sonas, & merito quidem, quia ibi desiceret completum, & perfectum pro lis bonum, quod est educatio ad cultum veri Dei. Deinde non esset annexum sacramentum proprie dictum. Postremo non esset inter eos indissolubilitas, nec est spes quod infidelis conuertatur, quia si priusquam contrahat noluerit conuerti, ut posse cum Christiano contrahere, non est verisimile, quod postea conuertatur.

**Gen. 41.** Olim istud a patribus non obseruabatur, ut a Ioseph, Moysi, Hester. Hester, qui nondum erat institutum. Deinde necesse erat illis maius vitare inconueniens, eratque probabile infidelem conuerti contubernio fidelis.

**Exodus 2.**

**Hester 2.**

### DISTINCTIO. XL. DISTINCTIO. XL.

Quæst. Vnica. Pag. 622.

Quæst. Vnica. Pag. 624.

**N**um carnalis cognatio matrimonium impedit. **V**trum affinitas impedit matrimonium.

### RESOLVATIO.

**O**n sanguinitas est vinculum personarum ab eadē persona carnali propagatione descendētiū. A condito autem orbe fuit semper consanguinitas, seu aliqua propinquitas matrimonium impediens. In lege natura propinquitas in linea descendētiū, & ea sola iuxta illud, Relinquit hō, & cāt. In lege mosaica fuit facta prohibitio, quantum ad aliquos gradus vteriores, **Louit. 18.** Omnis homo ad propinquam

**Gen. 8.**

### RESOLVATIO.

**A**ffinitas est vincula quoddam personarum ab persona altera ex carnali copula, cum persona altera consanguinea contractum. Quare ad affinitatem proprie dictam, quod impedit matrimonium exigit carnalis coniunctio, & non sufficit quod sit vxor, nec oportet mulierem esse vxorem, quoniam ex carnali coniunctione est illicita contrahitur affinitas. Sit tamen extensus accipias vocabulum, affinitas quoque erit, cum uxori

Vxore non cognita, & cum ea cū  
qua contrācta sunt sponsalia; li-  
cet per verba de futurō. Et hac  
affinitas vocatur iustitia publi-

*Et. de cō ca honefatis. Impedit autē ma-  
fus & tronum affinitas vtraque, &  
sua es. proprie, & extense sumptu, & in  
Na dēi. eodem gradu, in quo con-  
tāntur.*

Hoc vero intelligitur,  
*Im-  
pedit. de cō fia. si talis affinitas matrimonium  
natura, praecepsit, nam si subsequetur,  
Ex fia. non disimeret, priuaretur tamē  
huiusmodi, is videlicet qui talē  
affinitatem induceret, iure petē*

*debitum, ut patet ex iure ca-  
nonico. Quod autem affinitas  
quinq. matrimonium impedit, in eau-  
dū, ix. ia non est nisi ecclesia institutio  
fas. has personas illegitimanis, con-  
fomiter ad ins diuinum, vnde*

*Luit. in Leuitico, Vxorem fratris sui  
Leuit. 18. nemo accipiat, quia turpitudo  
est, &c. Qui duxerit vxorem fra-  
tris sui, rem facit illicitam. Inde-  
etiam elicitur hoc malum esse,  
quia nihil turpe, aut illicitum,  
nisi malum. In recta tamen li-  
nea affinitas censemur esse iuris  
nature, & diuini, quod colligit-*

*l. v. 1. tur ex increpatione illius Co-  
rinthij, Omnino audis inter vos  
fornicatio, qualis nec inter gen-  
tes, &c. Vbi inquit Apostolus ge-  
tes solo lumine naturali abhor-  
rete a tali commercio. Porro lo-  
nes Herodem increpabat, ppea-*

*g. fratrem adhuc superfluite eius  
duxerat vxorem, qd ostendit lo-  
sephus, Ioannes. n. eum argue-  
bat anno 2. sua prædications, q  
bili. assi erat 16. Imperij Tyberij Cæsaris.  
q. Nam anno 15. intravit, vi habef-  
tur apud Lucam. Et Philippus  
obij anno Imperij Tyberij Cæ-  
saris 22. Quocirca ex hoc facto  
non potest altrui affinitatem in  
collateralibus lincis esse iuris  
parvus, aut diuini.*

### DISTINCTIO. XLII.

Quæst. Unica. Pag. 625.

Vxum cognatio spiritualis impe-  
diat matr monum.

### RESOLVATIO.



Ognatio spiritualis  
est vinculum con-  
tractum ex dispen-  
satione sacramen-  
torum baptisni, &  
confirmationis, nam sicut ho-  
mo per carnalem cognitionem  
accipit esse naturale, ita in rege-  
natione accipit esse gratia.  
Species aut huius cognitionis  
(rōne viri usq; facrī) sic compu-  
tantur. Prima dī paternitas, q  
est inter regeneratum, & regen-  
terantem, sive regenerans mini-  
strat sacram, sive tenet ad sacra-  
mentum, etiam si tenentes sine  
plures. Secunda est compater-  
nitas, qua est inter regenerantēs  
ministrantem, seu tenentes ad  
sacramentum, & genitores rege-  
nerati. Et obserua q si ministrā-  
tes, vel tenentes fuerint coniu-  
gati, & consummaverint matri-  
monium, transiunt hanc pa-  
ternitatem ad vxorem, seu virū,  
sic q vxor cognita, vel vir effici-  
tur compater genitoris deuati  
ab altero illorum. Terria dici-  
tur confraternitas, qua contra-  
hiit inter regeneratum, & filios  
regenerantis ministrantem, vel  
tenientes ad sacramentum. Impe-  
dit autem hec spiritualis cogni-  
tio in prædictis personis matri-  
monium simpliciter, si ipsa  
præcedat. Si vero sequatur non  
dirimit, sed impedit quo ad ex-  
actionem debiti sine necessi-  
tate contrahitur. Huius autem  
ratio est ecclesia statutū hæc

## 136 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

**T. Cor. 4.** personas illegitimitatis. Et con-  
gruitas ostenditur ex illis Apo-  
**A d l'iblo.** stoli, Nam si decem milia Pa-  
dagogorum, &c. Filioli mei, &c.  
Obsecro te pro filio, &c. et cetera. Hos  
habebat Paulus filios rōne fi-  
dei, & baptisi, & confirmatio-  
nis. Porro vir, & mulier tenentes  
puerum ad sacramentum, nullā  
contrahunt puritatem cognitionem,  
quam obrem & contra-  
hene possunt matrimonium.  
**¶** Cognatio legalis est propin-  
quitas personarum ex adoptione  
prouenientis, eius species sunt  
tres. **¶** Una veluti descendentiū,  
qua est inter adoptantem, &  
filiam adoptatam. **¶** Secunda est  
qua collateralium, qua est inter  
liberos naturales adoptan-  
tis, qui sunt in eius potestate, &  
adoptatum. **¶** Tertia qua est  
tanquam affinitas, qua est inter  
adoptatum & vxorem adoptan-  
tis, & contra, inter vxorem ado-  
ptati & adoptantem. Impedit  
autem hac legalis cognitione ma-  
trimonium contrahendum, &  
dirimit contractum secundum  
communem opinionem, prima  
species, & tertia semper, fecun-  
da non nisi quamdiu sunt in po-  
testate eiusdem patris, quare ea  
soluta, vel morte, vel emancipa-  
tione filij adoptiui, aut naturalis  
vel alio modo, non est impe-  
dimentum. Porro cognatio lega-  
lis ex adoptione, & adrogatione  
con surgit, & vtroq; modo impe-  
**E nod. 2.** dit. Ita autem cognitione Mo-  
ses erat cognatus filia Pharaonis, & Nathanael, secundū aliquos  
ip̄i Davidi. **¶** Quia enim ip̄i nū  
non fuisse naturalem Davidis  
filium, sed legalem, seu adoptiu-  
m. Vnde & atraunt Lucā  
genealogiam Christi describere  
secundum cognitionem lega-

lem. Ex quo consequitur olim  
hanc cognitionem legalem a  
Deo fuisse approbatam, & san-  
ctis patribus. Non est mirandum  
si tanta sollicitudine hęc om-  
nia oblerueret ecclesia in mat-  
rimonio quo Christiani vntur,  
cum per illud propagetur popu-  
lus Christianus, ac per hoc ex-  
pectatio contraria debet, vt in ip-  
sis viii omnino caueatur quid  
quid charitati erga Deum, & pa-  
ximam derogare posset, simili-  
que seruetur quindiqua honestati  
congruum videri potest, &  
sic per honestum Christianorum  
matrimonium adiubetur badi-  
sta illa Christi cum ecclesia  
coniunctio, de qua Apostolus, Ep̄. 5.  
Sacramentum hoc magnū est,  
dico autem in Christo & in ec-  
clesia, Quæ quidem nunc per  
fidem, & dilectionem existens,  
olim per visionem, & fruitionē  
perfectam futura est sponsa nō  
hūs maculam, neque rugam, cu  
sponso specioso pr̄e filii homi-  
num, cui cum Patre, & Spiritu  
sancto honor & gloria in locu-  
la seculorum, Amen.

**D I S T I N C T I O .** XLIII.  
Quæst. I. Pag. 632.

**E**stne fūlū a generalis hominum re-  
fūrcēdo.

### R E S O L V T I O .

**R**esurrectionem om-  
nium mortalium  
possibilem ostendit Dei opt. maxi-  
omnipotentia, de  
qua apud Lucam, Non erit im-  
possibile apud Deum omne ver-  
bum, id est, factum, vnde & il-  
lud Matthæi, Apud Deum om-  
nia

# Super quartum lib. Sententiarum. 137

nia possibilia sunt. Ex parte quoque ipsorum hominum id fore possibile conatur ex eo, & non implices contradictionem, quare & fieri poterit. Quod autem res ipsa futura sit, patet ex veritate fidei Christianae, qua hoc ipsum velut articulum fidei exprimit in Symbolo Apostolorum, Carnis resurrectionem. In Symbolo Niceno, Expecto resurrectionem mortuorum. & in Symbolo Athanasij, Omnes homines resurgentur habent cum corporibus suis, &c. Deinde & ita expressissime in plerisque sacrae scriptura locis continet sic pater suscitat mortuos, & cetera. Cum autem venerit filius eius, congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Omnes quidem resurgentur, & cetera. Nisi nos qui cedebant resurrectos speraret &c.

## DISTINCTIO. XLIII.

Quaest. II. Pag. 638.

Apprehendimus naturam rationis summa hominum resurrectio-

rationem?

## RESOLVATIO.

**E**st utram mortalium resurrectionem si quipiam naturali auctuere ratione ad laborat, eam de sumat oportet a specifica hominis forma, vel operatione in eadem secundum hanc formam competente. Siquidem a materia, aut alia corruptibili forma trahi nequit. Hoc autem fieri, si lumine naturali horum uitium axiomaticum veritatem de-

prehendere, ac commonstrarere possit, videlicet quod intellectus anima specifica sit hominis forma, deinde quod eadem sit incorruptibilis, tertio quod ipsa non perpetuo extra corpus remanebit. ¶ Et quidem primum naturali intellectus acuminis cognoscitur, nam & id demonstrarunt philosophi, vt Aristoteles dicens, animam esse actum corporis physici organici, &c. & s. de anima. De parte autem anima, qua coguicuit, & sapit, &c. Omnes inuiti per philosophi uero hominis definitionem posuerunt rationale, intelligentes per illud animam intellectuam esse essentiam hominis partem. Huc accedit ratio deflumpta ex propria hominis operatione. Homo enim intelligit proprie secundum philosophum, igitur anima intellectuam est propria hominis forma. Deinde philosophus collocat hominis felicitatem in intelligentia, & in contemplatione substantiarum separatarum, quare sequitur hanc operationem proprio homini competere. Adde quod cognoscamus peraque obiecta intensibilia, ut naturas communes, & relationes tam reales, quam rationis. Item, quod assentiamur primis principiis, & alijs evidenter complexioneibus, sic ut non possimus dissentire, quorum cognitione per sensum haberi nequit. Tandem experimentum nos reflecti super actum talis cognitionis. Quantum autem non est super se recessuum. Ex quo oportet haec ab intellectu anima manere, unde & ipsam esse hominis formam manifestum euadit. Idem quoque astrui potest ex hominis voluntate, sicut

s. de anima.

dem homo dominus est suorum  
actuum, & oblati obiecto, sub-  
est eius facultati ipsum proficere,  
vel respire. Hac autem facultas  
non competit secundum sentium,  
quia appetitus nequit non pro-  
sequi conueniens sibi obiectum,  
& disconueniens non negligere,  
ergo conuenit rei secundum ani-  
mam intellectuam, igitur & ipsa est hominis forma. Secundum  
autem axioma, ut puta quod ani-  
ma ipsa intellectuam sit immor-  
talis, videtur quoque naturali  
lumine notum. Quandoquid est

o. de aliis.

z. de aliis.

o. s. metu;

c. i.

16 de ani-  
malibus.

c. i.

Aristotelem plerisque in locis  
id assertere appetit, Ait enim, In  
tellectus separatus a ceteris, si-  
cuit perpetuum a corruptibili,  
& alibi hoc ponit inter sensum  
& intellectum discrimen, quod ex-  
celens sensibilem sensum corrum-  
pit, quo sit ut postea non adeo  
exacte perpendat minus sensibi-  
lia. Intellectus autem non sic,  
quoniam intellectus summis in-  
telligibilibus perspicacius dein  
de inferiora intelligit. Ex quo  
colligitur intellectus non de-  
bilitari operando, & ex conse-  
quenti ipsum esse incorruptibili-  
lem. Deinceps idem ait, Si autem  
posterior (id est, post ipsum) com-  
positum aliquid manet, perscu-  
tandum est, in quibusdam enim  
nihil prohibet, et si anima est ta-  
le, non omnis, sed intellectus, ergo  
mens eius fuit quod anima  
maneret post eius compositum.  
Insuper dicit, Relinquitur solus  
intellectus de foris adueniens,  
igitur non accipi esse per genera-  
tionem, sed a cœla extrinseca,  
ergo nec definiri esse per corru-  
ptionem, cum eius esse non sub-  
sit tali causa, sed sit a superiori  
causa. Rationes etiam defun-  
dit ex assertione Philosophi,

at enim Commentator, natura com-  
ple desiderium non esse fructus, inan-  
qui anima habet naturale de-  
siderium ad semper essendum,  
ergo non erit in ea fructus, sed  
farabatur tandem. Deinde ait 7. Ma-  
r. Aristotleles, materia est quae  
potest esse, & non esse, igitur il-  
lud quod materia caret, hanc  
non habet potentiam, anima  
materialis non habet, cum sit  
forma simplex secundum eum.  
Postremo assertit, quod fortis de-  
bet se exponere morti pro Re. Edi-  
publice. & hoc ait lectorum judi-  
cium rationis naturalis, ergo &  
sunt illud potest cognosci ani-  
mae immortalitas. Patet quia  
nullus propter quodcumque bo-  
num virtutis potest licere appe-  
tere omnino non esse, sed si ani-  
ma non esset immortalis, mo-  
riens prorius amitteret esse. Ex  
his appetit philosophum sen-  
sisse animam esse immortalem. In  
Sed re vera dubius nihilominus. Nam  
nus fuit in hac assertione, nam  
ait formam non posse manete  
separata a parte materiali, to-  
to non manente, anima autem  
est forma hominis secundum  
ipsum, ergo sequitur quod non  
super corruptio tota. Deinde ait 16.1.  
ipse impugnat Platonem, dicit u-  
mendum incepisse, & non desi-  
tutum habet enim pro incom-  
possibili aliiquid incepisse, & el-  
le perpetuum, ac incorruptibile.  
Ait enim omne quod incep-  
pit esse, definiri esse, anima secu-  
dum ipsum incepit esse (quia non  
concessit eam perpetuo possi-  
se sine corpore, nec prius in alio  
corpore) ergo sequitur & definiri  
esse. Ait quoque in Physicis, Cu-  
ius est principium, eius nis est,  
vnde dubium est quid de anima, &  
immortalitate senserit Philosophus,

plus,

*le tale plus: Siquidem varie in diuer-*  
*gendo, illis locis loquitur, & haber diuer-*  
*sa principia, ex quorum aliqui-*  
*bus videtur sequi animam esse*  
*immortalem, ex aliis vero quod*  
*est mortal. Quare verisimile est*  
*ipsum fuisse dubium in hac con-*  
*clusione. Deinde (& melius) di-*  
*citur quod anima qua asserebat*  
*tura Philosophus non erat abil-*  
*lis per necessariam rationem na-*  
*turalem probata, sed plerunque*  
*non habebat, nisi quidam pro-*  
*babiles probationes, vel vulga-*  
*rem praecedentium Philosopho-*  
*rum opinonem. Vnde & Phi-*  
*losophus loquens de astris, citat*  
*opinonem Agyptiorum, & Ba-*  
*byloniorum, a quibz dicit multas*  
*credulitates habendas de vno-*  
*quoque astrorum. Adhuc synce-*  
*nus dici potest cum Rabinis Iu-*  
*daorum, quod Moses fuerit pri-*  
*mus praeceptor omnium Philo-*  
*sophorum, & Catholicorum. Quare si*  
*Philosophi dixerint ali-*  
*qua noita fidei conformia (vt*  
*de anima immortalitate, mun-*  
*diusceptione, & consimilibus)*  
*id non inuenient ratione natu-*  
*rali, sed ex relatione, aut lectio-*  
*ne codicium ipsius Moses, aut*  
*aliorum, qui diuinatus in his e-*  
*dotifuerant. Exemplo est Mer-*  
*cius Trilegitus dicens: Monas*  
*gignit monadem, & in*  
*se suum reflectit amorem, vbi*  
*exprimit processionem Trinitatis.*  
*& Tertium axioma, videli-*  
*cer quod anima intellectua non*  
*perpetuo remanebit separata a*  
*corpo duobus medijs lumine*  
*naturali co probari videtur. Pri-*  
*mum pars extra totum sit im-*  
*perfecta, & non sit vero simile,*  
*formam adeo nobilem semper*  
*manere imperfectam, ergo nec*  
*nulli, at toto separata. Deinde & nul-*

lum violentum sit perpetuum:

Separatio autem anima corpori est violenta, cum sit contra naturalem eius inclinationem ex Philosopho: Siquidem naturaliter inclinatur ad corpus perfectum, unde consequens est, hanc separationem non fore sempiternam. Nihil ideo rationes ha- minime concludunt. Prima non probat de partibus, quae perfectionem aliquam in toto recipiunt, cuiusmodi non est anima, quin immo lucum perfectionem coicat corpori. Et si Philosophus indubitate tenuisset animae immortalitatem, potius asserisset animam perpetuo manere sine corpore, quam in corpore, quia secundum eundem omnem compositum ex contraria est corruptibile. Secunda ratio quoque non est efficax, nam (ut ait Anicenna) appetitus animae satiatus est, quando semel perfectus corpus. Nam ideo inclinatur ad corpus, ut mediantibus sensibus recipiat suas perfectiones, quas si semel receperit, non amplius corpori afficiuntur. Ex his liquet trium illorū axiomatum ex quibus defun- mitur rō a priori ad probandā resurrectionem naturaliter, primum duntaxat lumine naturali ostendit posse, reliquā vero nequaquam, quare nec reliquum ostendere valeat. Quod si a posteriori quicquā ostendere voluerit futurā mortaliū resurrectionē, idj lumine naturali, nihil minus efficiet. Nā si dixerit defide- rū naturale non posse effe- frā authore Philosopho, atqui hō naturale hēt desiderium ad temp̄ esse, & studi cognoscere per rō nem naturale, cum naturaliter hō mortē refugiat, ergo desideriū tale complebitur.

*In Prose.*  
*Metaphys.*

*s. Ethic.*

Deinde omnes naturaliter appetunt beatitudinem, sed illa est sempiterna. Respondeatur non posse probari desiderium naturale ad aliquid, quin prius ostendatur possibilitas in natura ad il lud consequendum. Deinde Philosophus non loquitur de beatitudine vera, quæ consistit in Dei visione, & fruitione, sed de ea quæ etiam in hac vita potest haberi. Si adhuc instes plerosque non premiaris in hac vita pro actibus suis studio sis, immo probos sapientis magis affigi, ergo renunerabunt post hanc vitam. Respondetur, non esse notum per rationem naturalem, quod sicut unus rex hominum secundum legem iustitiae distributius, & purius, sed sola fide, Accedentes ad Deum, &c. Apostolus quoque ostendens resurrectionem, ex exemplo graui & resurrectionis Christi, virtutem persuasionibus, & non rationibus demonstratius, aut assumit premissas ex creditis, & non naturaliter notis, vnde & Philosophi Athenienses perspicacissimi ingenij, cum Paulus illis astrueret resurrectionem, dicebant, quod nouorum damnatorum videbatur anunciator, & Festus magna voce dixit, infans Paule non igitur per naturam rationem probari potest. Ex his apparet quanta gratia sint agende misericordia creatoris, qui nos per fidem certissimos redidit eorum, quæ ad nostrum spectant finem, & perpetuat semperiternam, ad quæ ingeniosissimi, & eruditosissimi viri non potuerunt peruenire. Sed si fides adsit, quæ est in illis quibus dedit filius Dei, fidei nulla questio est, quia suos credentes huius certiores reddidit, Ibunt hi in super-

*Heb. 10.*  
*Act. 17.*  
*26. et Cor. 15.*

*Act. 17.* virtutem persuasionibus, & non rationibus demonstratius, aut assumit premissas ex creditis, & non naturaliter notis, vnde & Philosophi Athenienses perspicacissimi ingenij, cum Paulus illis

*Act. 26.* astrueret resurrectionem, dicebant, quod nouorum damnatorum videbatur anunciator, & Festus magna voce dixit, infans Paule non igitur per naturam rationem probari potest. Ex his apparet quanta gratia sint agende misericordia creatoris, qui nos per fidem certissimos redidit eorum, quæ ad nostrum spectant finem, & perpetuat semperiternam, ad quæ ingeniosissimi, & eruditosissimi viri non potuerunt peruenire. Sed si fides adsit, quæ est in illis quibus dedit filius Dei, fidei nulla questio est, quia suos credentes huius certiores reddidit, Ibunt hi in super-

plicium quaternum, &c. Et de resurrectione mortuorum, &c. Atque item num glorie podium, &c. Vide scilicet *l. 1. fol. 41.*

**DISTINCTIO.** XLIII. *se. m.*  
Quæst. 111. pag. 652.

*Potestina natura resurrectionis ista causa?*

### R E S O L V T I O.

**N**ea fuit Plato opinione, & eius sectatores, ut putarint per circuitus temporum eorum eadem redire omnino, ut puta post 36 milia annorum, quod sane spatium temporis magnum vocant annum. Movabantur autem haec ratione, nam (inquirebant) redeundre eadem cœla, redibit idem effectus, exacto autem predicto in tempore (spatio), omnia coelestia corpora ad eundem redibuntur situm, ut pater ex Ptolomeo assertente celum stellatum in centi annis motu proprio contra motum diuinum moueri duntaxat uno gradus. Ex quo manifestum evadit illius proprium motum complexum in 36. milibus annorum, igitur eadem numero tunc redibunt. Sed hec eorum ratio diminuta est, quandoquidē effectus non dependet solum a causa effidente, sed etiam a materia, que non poterit esse disposita in eodem eœli situ. Et fulcrum quod definitur in Ptolomeo, non est omnibus Astrologis approbatum, immo plerique negant talē motum octauo celo, ut Thebit dicens ipsum moueri motu acceleratus & recessus in quibusdam partibus circuitus descripsit super-

principium arietis & libri noni eccl. Deinde actus liberis arbitriis non subsunt influentię esse, quod tamen ex ea opinione subsequitur. Nam & ipsi dicebāt sicut & in hoc seculo Plato, & in schola qua Academia dicta est discipulos docuit, ita per immutabile retro secula, & idem ac. 11. Plato, & eadem ciuitas, & eadem schola, idemque discipuli repeatis, rientur. Hanc insuper opinionem refutat Augustinus p locos fab. 1, era scriptur, Christus resurgens ex mortuis, &c. Semper cum domino erimus &c. Tu autem dominus seruabis nos, &c. Quod si ad duxeris illud, Nihil sub sole nouum, &c. Hoc intelligitur secundum speciem, non secundum indicium, praecesserunt enim ea quae recenter sunt alia ciuidem species. Deinde cuncte que sunt praecesserunt in cognitione, & ordinatione diuina, & nihil hac ratione nouum est. Gotfredus proinde Theologus proirsus negat aliquam redire eadem posse numero per actionem naturalem, & adserit il lud Philosophi, Quorum substantia perire non reuertentur eadem numero. Scotus autem subficitur opinioni Richardi dicentis, Quod est omnia non possint redire eadem secundum numerum actione naturali, aliquid tamen redire potest idem numero. Nam ut sit Philosophus, si agens idem, & materia eadem, effectus erit idem: & ad locum Aristotelis ad ductum a Gotfredu, ait Aristotelem ibi assignare discrimen inter resolutionem corporum superiорum, & inferiorum dicēs: Quorum substantia perire non reuertitur eadem numero, sic illa que redirent eadem per motū circulare, quia substantia corū

nō corrumpit, ideo talia redeunt sine corruptione precedente, nō ea quae corrumpuntur. Quantum autem attinet ad hominis reparationem post mortem, licet appareat idem corpus humanum per agens naturale reparari posse, supposita tertia opinione, cum & electi pgnati a reprobis fuissent ab alijs generati parentibus si Adam non peccasset, tamē nō potest reparari per agens naturale eo modo quo in resurrectione restaurabitur. Nec anima intellectiva corpore deposito reuniri eidem post ab alio, quam a Deo, sicut nec in prima hominis productione.

## DISTINCTIO. XLIII.

Quæst. 111. pag. 662.

Vtrum Resurrec̄tio sit naturalis.

## RESOLVATIO.



Vim naturale diu-

Ex. T. 6.

sis opponat nēpe p. 6. c. 18.

supernaturali, vio-

lēto, &amp; libero, qui

voce quoque acci-

pig, &amp; pertinet aliquā ad princi-

piū actiū, alias vero ad princi-

piū passiū. Primo mō opponit

libero, &amp; supernaturali. Secundo

mō violēto, &amp; neutrali. Si igitur

accipiat naturale in q̄ōne ex par-

te passi, id est, ex parte corporis,

vel materie, erit vñq; resurrec̄tio

naturalis, vñ naturale opponit

violēto, q̄a tale p̄sū ad talē for-

mā naturaliter inclinat. Si vero

accipiat naturale ex parte agētis

neutro, nō erit naturalis, q̄a fieri

ab agēte libero, &amp; ab agēte iup-

naturali, q̄i viuificabit mortalia

corpora nostra. Vñ, Saluatorē ex

peccatum Dominum nostrum le-

sum

*Roma. 8.* sum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae confi-  
*Phil. 3.* guratum corpori claritatis suæ.

**D I S T I N C T I O . X L I I I .**  
Quæst. V. pag. 66.

*Resurrectio homini, an fiet in instanti.*

**R E S O L V T I O .**



Vm resurrectio se-  
cundum Damascen-  
um, sit reiterata  
eius quod cecidit  
surrectio, & totus  
homo in morte ceciderit per se  
parationem animæ intellectuæ  
a corpore. T. einde ceciderit &  
corpus ipsum, dum tuit in aliud  
resolutum, opere pretium est ut  
hæc duo reparentur, & prius na-  
tura corpus ipsum, quam totus  
homo, & ad corporis reintegra-  
tionem opus est, ut partes ma-  
teria illius disperse primum re-  
colligatur. Hac autem partium  
materia recollatio (quia fiet  
per Angelos, Mitter filius homi-  
nis Angelos, & cetera.) non fiet  
in instanti, quia angelus in instan-  
ti corpus mouere non potest. For-  
matio vero corporis, quia diuina  
fiet virtute (cū Angelus sub-  
stantiam producere nequeat)  
fiet in instanti, cum omnia ad  
nutum ipsi Deo obtemperent,  
dixit enim & facta sunt, nec fiet  
hæc corporis mixta reformatio  
per motum, sed per mutatio-  
nem. Reparatio quoque totus  
hominis, leuante animæ intelle-  
ctuæ cum corpore in instanti  
fiet, cū a solo Deo fieri possit, cui  
nihil resistit. Deinde quia non  
potest esse successio in receptio  
ne formæ, nisi propter partes

*Mat. 24.*

formæ, vel propter partes cor-  
poris, quarum una prius recipit  
formam, quam altera, nerum  
autem ibi inuenitur in instanti,  
ergo corpus animabitur, & in  
codem instanti in quo forma-  
bitur. Si vero curiosus percur-  
teris, an in eodem instanti omnes  
resurgent, Beatus Augustinus  
asserit, quod illi qui resurgent  
mortui in auctentu judicis  
prius tempore resurgent, quam  
illi qui reperiuntur ab his viue-  
re, sicut illi viui, iuxta Apolo-  
lum, prius rapientur obuium  
Christi in aera, & ibi (afficeret  
Augustine) morientur. Nam ita  
tunc est hominibus sensu mo-  
ri. Item omnes quidem resur-  
gimus, &c. Et subito postea resur-  
gent, & sic eorum resurreccio  
subsequetur aliorum resurrec-  
tionem. Sed quo instanti dici  
naturalis resurgere homines? Re-  
spondetur, quod cum quolibet  
instans eandem habeat ad pat-  
tes diei naturalis habitudinem,  
siquidem instans media nocte,  
vnus orionis, est instans me-  
ridie in opposito orizonte, &  
conformater de singulis, de hoc  
discerendum erit habito respe-  
ctu ad regionem terræ landæ,  
vbi in valle Iosaphat iuxta vul-  
garem opinionem omnes con-  
gregabuntur, & dico cum Chri-  
sto, de die illo, & hora nemo scit.  
Quod enim aliqui dicunt nos  
resurrectos hora qua Christus  
resurrexit, aut qua iudicari fuit  
a Pilato, aut qua expirauit, hoc  
incertum est. Sic & eorum asser-  
tio, qui dicunt resuscitationem  
siquidem media nocte, nā quod  
asserunt ex Matthæo, Media au-  
tem nocte clamor, &c. & ex Apo-  
stolo, Dies domini, sicutur in  
nocte, &c. hoc arguit, non deter-  
minat.

minutus tempus; sed potius in certitudinem sui aduentus. Adueniet enim cum homines neque cogitabunt, neque sperabunt, tanquam latens enim su-

lma, s. peruenient omnes, & super omnes qui sedent super facie terrae.

## DISTINCTIO. XLIII.

Quæstio I. Pag. 671.

*Vtrum in quolibet resurgent totum quod fuit vera pars sua natura.*

## RESOLVTIO.



Vemadmodum ait Augustinus in Enchiridium, & in libro de ciuitate.

Dei, Caro restaurabitur, quo caro nostra extiterat, & Hieronymus, Certe in resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nunc vivit, id quoque significatur.

Christus ipse expressit, Vestri capilli, &c. Capillus de capite vello non peribit, &c. & Job, Scio quod in nouissimo dic, &c. Salvatorem meum &c. nihilominus non est putandum id quod toto vite curriculo fuit vere de corpore aliquius, resurgat: nam multa partes fluixerunt, dum viueret, aliaeque successerunt, & aggeneratae fuerunt ipsi corpori. Quocirca si in invictus omnes repararentur fieret immoderata, vel imministratis, vel quantum corporis. Ut igitur formetur corpus iuste magnitudinis, nempe quantæ fuit, aut fuisse 30. anno, in qua etate omnes resurgent, donec occuramus omnes, &c. formabitur humanus corpus iuxta eorum opinionem, ex prioribus partibus, quæ ali-

quando fuerint partes ipsius. Primum ex omni eo quod a parentibus contractum fuit, cu hoc fuerit purissimum. Deinde ex alijs partibus prius genitis ex nutrimento, siquidem istæ ceteris partibus puriores sunt posterius genitis. Alij vero opinantur corpus ipsum reparatum quidem prius ex eo quod tractum fuit a parentibus, deinde autem ex his partibus, que magis fuerunt de veritate ipsius corporis ex intentione naturæ, ut pote ex his quæ adueniunt, ut augent, & producāt ipsum corpus ad iustam quantitatem, quoadiisque enim viuens attigerit iustum quantitatem ex nutrimento quod suscepit, pars conuertitur in substatiam aliti, hoc fine, ut restauretur desperditum, quod fluxit, (ecce nutritio) pars vero ut acquiratur conueniens quantitas, seu augmentatio, & istud principalius intendit natura, cu hoc sit propter acquirendam perfectionem, illud vero non ita intendit. Siquidem natura ciuitate intertenebat totum, partem conseruare desperitam (si subiaceret eius facultati) quam in illius vicem imperficiorem restauraret.

## DISTINCTIO. XLIII.

Quæstio II. pag. 680.

*Cruiatne malos spiritus ignes in inferno?*

## RESOLVTIO.



Emo fidelium ambigit cacodemones infernali cruciari igne, cum ex sacris latis super-

que

344 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

*Mat. 25.* que constet, dicente Christo, Ite in un. Epi maledicti in ignem aeternum, & India, Angelos vero qui non seruauerunt principatum, &c. at

quonam pacto corporeus ille ignis spiritus cruciet ambiguū est, cum corporale vim suā exercere (omnium sententia) in spirituā nequeat, & quidem dolore eos afficere nequit, cum dolor leuarur sensituum apprehensionem, & sensitui appetitus sit passio, quia appetitus in eis (cum incorporei sint) profecto esse nequeat, sicut nec in r. de 5. omnibus separatis a corpore.

Quocirca proprie admodum dixerit Aristoteles, nihil est dicere animam tristari, & gaudeare (quatenus sunt passiones appetitus sensitui) quam texere, vel adificare. Quare consequens est, vt dicamus eos tristitia affici ex hoc igne, hoc est, ignem ipsum in malignis spiritibus generare tristitiam, & propterea ipsos ab illo cruciari, & quoniam tristitia est in voluntate ex apprehensione obiecti disconueniens, & nihilominus inexistentis, dicente Augustino, ex his que nobis tristia nolentibus accidunt, quomodo igitur ille ignis spiritui erit disconueniens, non quidem ex suapte natura, quia ideo Michaeli esset disconueniens, aut alius bonorum angelorum, sed secundum eius voluntatem, & existimationem. Et id bifariam, primo est illi disconueniens, quatenus detinet ipsum diffinitive, nou quod talis locus (inquam) sua natura sit spiritui malo disconueniens, qd nullus locus est disconueniens locato, nisi quia alius locus contrarius est illi conueniens, & ipsius conservatiuus, ut lapidi lo-

cus sursum est disconueniens, propterea quod locus deorsum sit illi conueniens. Spiritus autem, sicut nullum habet locum sibi conuenientem, quia is efficit ipsius conservatiuus, sic nullus est ei disconueniens. Quamobrem vt ignis cauet in maligno spiritu tristitiam, in quantu detinet ipsum, oportet illud promovere ex eo quod ipse spiritus nolit detineri in ipso igne, & ita est reuera, malus enim spiritus plurimum abhorret detinere igne, & potissimum quod ibidem detineatur effectiv ex voluntate, decreto, & sententia diuina. Porro ad istud nolle inclinat affectio commodi, quia appetitur possit se facere praeferentem loco, aut corpori, sicut ad quemcumque locum est indifferens. Promovet autem superbiam, ex qua appetit vti propria potestate, coniunctum tandem iniuria, quia noller decreto ipsius Dei determinate alicubi detineri. Istud deinde nolle inordinatum quidem subsequitur certa apprehensio eventus illius noliti, & ex hoc tandem tristitia. Sed si quiesceris, an ignis ei causet effectiv tristitiam. Respondeatur, quod licet ignis non detineat ipsum effectiv, sed sola formaliter, quia nihil praeter Deum potest angelum contra eius voluntatem alicubi detinere effectiv, nisi esset angelus superior. Raphael enim demonem religauit, voluntas autem divina effectiv, quippe que illum in ignem coniecit, & prohibet ne egrediatur, ignis tamen effectiv illum confristat, propterea quod ipse odit, nedum quod derineatur a Deo in igne, sed etiam formaliter detinere ignis, quia

re & ista ipsum contristat, & ex consequenti ipse ignis, cum sit obiectum trifitabile. Infuper cu  
tristari sit recipia cruciari ( quo  
modo possibile est Angelū seu sp̄iritū cruciari ) sequitur P  
ignis, vt detinens sp̄iritū cruciat  
ipsum, & in hunc sensum dici  
mus, quod ignis est infirmus Dei  
in cruciando, quia d̄amon pri  
cipaliter odit detinērī in igne ex  
voluntate diuina, quā oderit for  
maliter ignis detentionē, & ita  
Deus cruciat eū principaliter, &  
ignis minus principaliter, & id  
virtute primi agentis, ac secundū  
ario, & ita instrumentaliter. Ex  
emplum potest esse in deside  
rātib⁹ mori, quibus tristis est  
vita, hoc p̄acto oderūt atam esse  
in corpore suo, vique ad instans  
mortis naturalis propter aliquid  
odibile concomitans vitā mor  
talem ( quale est paupertas, &  
infirmitas ) & secundo apprehe  
dunt istud quod nolent fore,  
quare tertio lequitur tristitia de  
detentione anima in corpore,  
sea de corpore, vt detinente ani  
mam, nō & corpus detineat ef  
fectū animam, sed sicut suscep  
puum formā ipsam detinet, &  
iub hac ratione odio habetur,  
& vt sic apprehensum effectue  
contristat. Secundo ignis est  
discōveniens Angelo, vt est ob  
iectum intellectus eius. Siquidē  
intellectus Angeli determina  
tur a Deo, & cogitū perpetuo  
ignem illum considerare, deinceps  
apprehendit sic esse determi  
natū ad hanc considerationē.  
Tertio odit, & non vult sic deter  
minari, & constringi suum intel  
lectum, & vt dictum est in pra  
cedenti, istud odium oritur ex  
affectione commodi, quia vult  
quodcumque obiectum, sicut li

buerit contemplari. Mōuetur ēt  
ex superbia, quia vult ut intelle  
ctu proprio ad votum. Consum  
matur etiam ex inuidia, propter  
quam odit determinari a Deo  
ad aliquam considerationē uni  
cam. Quarto sequitur appre  
hensio, non considerationis nu  
da, sed apprehensio certa enten  
tus huius considerationis inten  
sa, & perpetua, & ex hoc tandem  
tristitia. Sed quoniam pacto ignis  
detinet Angelum in sui confide  
ratione, cum dicat B. Augusti  
nus, quod voūtas auertit, & cō  
ntra. & s̄. a  
uertit intelligentiam nunc ad quaſt.  
hoc, nunc ad aliud. Respondet,  
& ignis virtute propria nequit  
intellectum Angeli in sua con  
templatione remorari. Idcirco  
Deus est causa agens principalis  
detinens intellectū Angeli contra  
voluntatē eius in intēsa hac  
& perpetua ignis consideratio  
ne, ignis vero secundario, &  
minus principaliter. Et nota & mo  
lestius est Angelo, & amplius cō  
trista ex eo & intellectus eius  
sic detineatur in hac confide  
ratione, quam quōd detineatur  
definitiū in igne, propter  
ea quōd illud magis contrarie  
tur sue perfectioni, quam istud.  
Desiderat enim amplius confi  
derare pro arbitrio suo vnum  
quodque obiectum, quam pos  
se libere facere se p̄ntē cuius  
corpori, & loco, vnde consequit  
ipsū magis cōtristari ab igne,  
vt est sic obiectū sui intellectus,  
quam in quantū detinet ipsum  
sic definitiū. Quōd si dixeris  
ex hoc sublequi omnes aquali  
ter puniri, cum omnes detinean  
tur illo igne, cōtra Augustinū.  
Respondet, sicut omnes &qua  
liter illo igne detineantur, tamē  
non est &que molestum omni  
Resolut. 4. K bus

Lib. 91. de  
cūl. c. 16.

bus sic detineri, sed molestius  
his qui grauius peccauerunt,  
hoc faciente diuina ordinatio-  
ne. Deinde si arguas, potestati  
angeli subesse non cruciari ab  
igne, cum possit sibi compla-  
ce detineri ab igne & in eius co-  
sideratione. Respondeatur, hoc  
non subest eius facultati, Deo  
ita volente.

## DISTINCTIO. XLIII.

Quæst. 3. Pag. 688.

*Cruciabuntur damnati post iudicium igne infernali?*

## RESOLVTION.

**S** Atis superq; sacrae li-  
teræ commonstrat  
damnatos resum-  
ptis corporib; infer-  
nali cruciari igne,  
*Matt. 25.* cum dicat Christus: Ite maledi-  
cti, & Ilaia: Ignis eorum non  
*Isa. vii.* extingue, &c. B. Iob, Ab aquis  
*Iob. 29.* niq; trasib; ad calorē nimiū,  
Verumq; controvetur itur de a-  
ctione ipsius ignis, an videlicet  
erit intentionalis solū, vel realis,  
& intentionalis quidem sufficiet  
ad aliquem dolore afficiendū.  
Nam excellens sensible in quā-  
tum hmoī natū est dolorē in-  
ferre, cū sit disconueniens potē-  
tia, & tñ vt tale, non agit nisi in-  
tentionali actione. Experientia  
deinde id ostendit, quia si q-  
piam frigore contractus appro-  
pinquet igni, sentiet ingentissi-  
mum dolorē, licet parum admo-  
dum caloris in se reperitur, sed  
sit hic dolor actione intentionali  
ignis. Quemadmodū idē ob-  
iectum conueniens a sensu per-  
ceptu generat delectationē,  
ita disconueniens dolorē. Quo-

circa cōuenientius erit dicere  
ignem intentionalis tantū ação-  
ne agere post iudicium in dam-  
natos, cum illa ação sufficiens  
sit ad eos cruciandos, & non sit  
ponenda pluralitas citra necel-  
litatem, nec in easlum sunt mul-  
tiplicanda miracula, siquidem  
necessæ foret præter conserua-  
tionem a corruptione intrinse-  
ca proueniente ex ação mu-  
tuæ quatuor qualitatum primaria-  
rum in ipso corpore, ipsos etiā  
diuinitus conferuari, ne comu-  
perentur ab igne, si ação rea-  
li in eos ageret, qd posteriori nō  
erit necessarium pp intentiona-  
lem actionem, nihilominus ad-  
ductæ rationes non certo reba-  
nt non fore immutationem  
realem ab igne in ipsis dñatis,  
quare concedi potest ignem ē  
re ipsa damnatos cruciatum.  
Quod autem eos non sit cruda-  
turus, aut in fauillam redactu-  
rus, erit attribuendum disposi-  
tioni diuinæ miraculo coher-  
eanti vitam illorum.

## DISTINCTIO. XLV.

Quæst. 1. Pag. 693.

*Anima a corpore separata intelli-  
gitne quæ prius nomenat.*

## RESOLVTION.

**D** Ius Hieronymus lib  
libere id profite-  
tur dicens, Dicitur  
mus in terris, quo-  
rum nobis sc̄ientia  
remanebit in celis, valde liqui-  
dem indignum foret adeo adla-  
borare ad acquirendam sci-  
entiam, & virtutes, si vna cum vi-  
ta perirent, & absurdius te-  
mantur post mortem, & non  
possi.

# Super quartum lib. Sententiarum. 147

mus actus eorum exequi. Adde quod & scientia ex se nata sit incorruptibiliter permanere, & per consequens ex parte subiecti, cum sit incorruptibilis. Idem quoque de specie intelligibili omnibus est in confessio.

## DISTINCTIO. XLV.

Quaest. 3. Pag. 705.

*Recordarurne separata anima praeteritorum que nouit adhuc corpori coniuncta.*

## RESOLVTIO.

### DISTINCTIO. XLV.

Quaest. 2. Pag. 699.

*Anima separata potest suapte viri et primi ignota cognoscere.*

## RESOLVTIO.

Viamis anima fuerit separata a corpore, nihilosecū potest obiecti prius ignoti cognitionē, & abstractuam, & intuitiuā acquirere de illa pater, quia intellectus agens a sensibili obiecto, potest intelligibilem speciem abstrahere, perinde ac aphantalmate propter quod sit insufficiens speciem intelligibilem producere, quod eminētiū nō extet in obiecto, cuius est phantasma, intellectus autem possibilis cum intelligibili specie abstractuam formabit notitiam, scilicet a corpore, sicut coniunctus. De intuitiuā quoque patet. Nam causa illius sunt obiectum prælens, vna cum intellectu agenti & possibili, aquiri hac concurrere possunt anima a corpore quantumuis dissoluenda. Quare consequens est, ut intuitiuā quoque notitia obiecti antea incogni- ti, haberi pos- sit.



Vi proprius philosophantur, duplēcē admittunt in homine memoriam, Sensitiam nempe, & Intellectuam, & cum hæc sit in anima coniuncta, seu in parte hominis intellectua, remanebit quoque in anima separata, & per consequens poterit memorari, & formare notitiam omnium, qua vñque ad separationem eius a corpore in ea per species intelligibiles perfuerat. Quādoquidem anima separata poterit exercere oēs operationes (vt cōstat ex immedia- te præcedenti resolutio ne) quas primo & per se exercet corpori coniuncta. Huc accedit illud *Luc. 16.*  
Abrahe: Fili recordare, &c. Augu-  
stinus ēt in illud Psalmista, Fiat filij eius orphani, & alibi idem *Tsal. 108.*  
asseverat, mortuos habere me-  
moriā nostrī. Illa autem sen-  
situā memoria videlicet cum  
sit totius compositi non perfue-  
rabit in anima dum fuerit a  
corpore sciūcta, perinde ac nec  
quaūis sensitua potētia. Quòd  
si obiectas inde deduci beatos  
recordari peccatorū q̄ cōmis-  
erunt, & ex consequenti ex hac  
recordatione in his aggernerari  
tristitia. Si n. viator nequit com-  
pleta deliberatione recordari  
cōmissi peccati, quin illud dñe  
stetur, aut disperientia eius con-  
turbetur, alioquin peccat, saltē

K 2 omis

omissione, multo minus beatus id poterit citra grauem offendam, cum causa ( quae est perfecta Dei dilectione ) propter quam quis debet detestari peccatum commissum, cum venit in memoriam plus obliget beatum, quam viatorem. Respondeatur Deum suspendere, & impeditre, ne talis peccatorum recordatio tristitiam pariat, Quemadmodum virtutem ignis fornacis Babylonica suspendit, ne ageret in tres pueros. Sæpe alias dum torquerentur Apostoli & martyres, & id fieri per miraculum, quod quidem si veneris deuitare, dicendum erit causam naturalem impeditri per contrarium excellens a suo effectu, potissimum cum huiusmodi contrarium proribus completi passi capacitatem, itaque cum gaudium de obiecto beatifico satiet omnino spiritum beatum, non exire tristitia capax. Delectatio sicutidem vehemens ( afferente Aristotele ) quamcunque excludit tristitiam.

Dan. 3.

DISTINCTIO. XLV.  
Quæst. 4. Pag. 717.

Vtrum beatifus illis a viatoribus cognoscant orationes.

## RESOLUTIO.

**B**eatitudo viatorum orationes, tum vocales, tum mentales, tum naturales primum cognitione, seu in genere proprio ( mox immoderata distantia non impedit ) optime norunt, sunt enim obiecta proportionata corum intellectibus, ut constat ex resolut. secundæ quæst. huius distinct. Et qui-

dem de vocali oratione satiliquet, cum talem in corpore agentes per sensus apprehenderent, de mentali vero ostenditur. Intellectus enim cuiuslibet omnem propriam voluntatis actum cogno scere valet, ergo & intellectus superior, aut aque pfectus id poterit, dummodo non impediatur ex determinate potentia ordinis ( qualis est pro hoc statu ) & in proportionata distanca. Atque intellectus separatus adeo perfectus est, sicut cum esset intellectus, quinimum pfectior in his actibus, cum corpus quod contipit aggrauerit animam, &c. Et non exigit tunc operationem potestit sensituarum, & fieri potest, ut sit debite pñs. Quamobrem & alterius intellectus, & voluntatis cogitationes, & affectus suæ cognoscet virtutem, modo non impediatur. Quocarum cù scribit, Tu solus noti con querenter dñs, & solus Deus vniuersaliter, & ex propria pfectione nouit abscondita cordi, sicut nullo possit modo impeditur ab eorum clara cognitione. Insup ipse nouit, ut vniuersaliter index oculum occulorum, quo quidem mox nec angelii, boni, aut malii, nec animæ separatae cognoscunt, quinimum Beati ob effectu debitæ pñt multa huiusmodi ignorati, & maliti quoq; propterea qd a Deo impediuntur. Illud quoq; Apostoli, 1. ad Cor. Quis n. homini scit, & caccipie du est pro hoc statu, qd intellectus est alius agitus sensitibus. Nec obstat illud illaies: Abrahā nec iudicavit nos, & Israël ignorauit nos, qd quidem patres illi rūc ( cù hac profiteret Propheta ) fedebat in tenebris, & umbra mortis, nō dū fñlices. Quare nesciebant tunc filios

# Super quartum lib. Sententiarum. 149

filios suos Iudeos, cum natura-  
lē cognitionē immoderata im-  
pediret distantia, & speciali re-  
latione priuarentur, non ha-  
bentes visionem illam in verbo,  
seu essentia diuina, quam com-  
munitatē hanc concomitatur re-  
uelatio. Adde quod ait Hyero-  
nimus in hunc locum, Nesciuit  
nos Abraham, & ignorauit Israel,  
qa nos offendimus, nec cognoscen-  
t filios, quos a Deo intelligen-  
t non amari. ad hæc vide Pe-  
terum adducētem illud Luca,

Gaudium est in celis, &c. Dein  
de propiciunt iphi sancti oratio-  
nes nostras supernaturali cogni-  
tione, hoc est, in verbo diuino.

Congruum namque est beatos  
esse Dei coadiutores in procu-  
randa electorum salute, prout  
ipius beatis competere potest, & vt  
hoc praestet, operæ pretium est  
nostras orationes illis reuelari,  
quibus eorum imploramus au-  
xilium. Quare rationi consentaneum  
fuerit Deum illis eisdem  
manifestare, & quas dirigimus  
ipisi sanctis, & quas fundimus  
Deo nomine sanctorum. Huc  
accedit Hieronymus, qui adver-  
sus Vigilantium ita argumenta-  
tur, sequitur agnum quo cunq;  
ient, ergo si agnus ubique est, &  
hi qui cum agno sunt ubique  
esse credenti sunt. Intellige tā  
hoc non localiter, sed celesti-  
te percipienda ea, qua eos scire  
vult Deus. Sancti proinde cum  
videant nostras orationes, qui-  
bus eorum imploramus auxi-  
lium, ubique pro nobis interce-  
dunt, quia nos amant tanquam  
fratres, & cōmēbra sub capire  
Christi in eius corpore mystico,  
qd est ecclesia, nō minus q; cū  
nobiscū erant in via: quare nos  
iuvate parati sunt, & de nobis

solliciti pro modulo sui status,  
& bñplaciti Dei. Apostolus enim  
corpus Christi mysticum corpo *I. Cor. 15.*  
ri comparat naturali. (Vide de *Rom. 2.*  
imploratione sanctorū) in quo *Ephes. 4.*  
sunt multa membra quæ diuer-  
sos habent actus, naturalem ha-  
bent colligantiam, uno vegetan-  
tur spiritu, mutuo se diligunt,  
iuuant æque in depulsione ma-  
lorum, atque in promotione bo-  
norum, vt si patitur unum, &c.  
Sic est in corpore Christi mysti-  
co, quod est ecclesia. Constat au-  
tem q; corpus Christi mysticum  
complectitur electos, sive sint  
in via, sive in patria, nam condi-  
tio mortalitatis, vel immortalitatis  
est ipsis membris acciden-  
tal, unde membra nō variat in  
ipsis, nec ea ab iniuicem distin-  
guunt in vera coordinatione, &  
inter se, & ad caput, vnde &  
Paulus mortalibus ait, Nō estis  
hospiſias, & adueni, &c. Quod si  
obijicias sanctos non posse me-  
reti, & per consequens orare, cū  
tā oratione consistat meritum.  
Rūdetur, q; oratio sua a viatori  
bus duplice habet effectum, *Iac. 15.*  
vnum, quia est meritoria oranti, *Luc. 11.*  
Si quis indiget sapientia, &c.  
Petite, & accipietis, &c. Itē quia *Matt. 5.*  
est meritoria ēt alij pro quib. *Mat. 15.*  
fit, Quorū fidem, &c. Et de Ca-  
nanæ orante pro filia: & in bea-  
tis quidem non est primus ora-  
tionis effectus, sed secundus. Vi-  
demus enim in politijs, quod  
is qui affecatus est summū di-  
gnitatis gradum, licet nihil pol-  
lit sibi apud regem amplius me-  
teri, potest in alijs, petissime qū  
ipse princeps vult quippiā alias  
indigno per intercessionem  
eius, qui est illi acceptus con-  
cedere. Sic & sancti cum ian-  
sunt in termino, nihil habili-

## 150 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

petrare. aut mereri possunt, sed benc nobis indignis exaudiri. Quod autem ob sanctorum hominum èt hac vita defunctorum merita, multa bñficia Deus contulerit alijs, vniuersa scriptura testis est. Ita legimus ad Isaaco

*Gene. 26. Cœtrouer. 13. folio. Tag. 2.* cutum Deum, Ne extendas (inquit) in Ægyptum, &c. Est autē rationabilē, vt sancti velint sua merita illis valere, qui pp. illa Deū innocant, nec hoc beatitudini repugnat. Nā pōt is q. suū gradum in aula regis adeprus est, p. aliqua obsequia velle orare pro alijs, vt per eadem obsequia, & ipſi permaneant ad gratiam Regis, & id quidē supposita Regis liberalitate acceptantis ea, non solū pro eo, sed pro alijs, ex sua largitate, qua minori bono retribuit, non solū maius boni, sed & plura bona, dū tñ plures illud bonū sibi applicent, & faciant veluti luū, Ita & sancti in gloria cōsummati velle pñt, & orare, & eorum merita alijs prosunt ex bñficio Dei acceptatis, nec oportet beatos scire ēū, qui eos inuocat esse exaudiendū, aut non exaudiendum, nā pōt eis Deus orationē viatorū reuelare, sed exauditionem orationis, aut oppositū non manifestat. Et quāvis sancto innotescat viatore exaudiendū, nihil secus non consequit sanctum frustra orare pro viatore. Nā sicut Deus vult ipsum viatore exaudire, & saluare, ita vult per determinata media, ut pote p. intercessionē ipſius sancti viatorem idipsum cōsequi. Si aut̄ reuelet sanctis viatore nō esse exaudiendum, non orabunt, si neutrū reuelet, vii qui orant expectantes, vel reuclamationē exauditionis, vel quod exaudientur.

DISTINCTIO. XLVI.  
Quæst. I. Pag. 721.

Vtrum sit in deo iustitia.

R E S O L V T I O.

  
Vim iustitia proprie  
sit rectitudo volun  
tatis quasi habi  
tuat, & per confe  
quens, quasi natu  
raliter inclinans ad alterum, vel  
ad se quasi ad alterum, & volun  
tas diuina non habeat rectitu  
dinem inclinantem determina  
te ad aliquid, nisi ad luam boni  
tatem, quasi ad alterum (nam  
ad alia obiecta mere conting  
ter se hēt) equitur q. nul' am ha  
bet iustitiam, nisi ad reddendā  
sua bonitati, aut volitati, quod  
eam concedet. Si quidem ex par  
te ipsius creatura, non est iusti  
tia, nec quippiam dicitur pro  
prie iustitiae (sic uti nec bonum, Nemo bonus, &c.) nisi relatum  
ad primam iustitiam, vnde, Nō  
sumus sufficiens ex nobis, tan  
quam ex nobis aliquid cogita  
re, &cetera. Non iustificabitur  
in conspectu tuo omnis viuen  
tus. Quocirca Deus ipse nulli est  
simpliciter debitor, praterquā  
bonitati sua, vt diligit eā. Crea  
turus autem debitor est exhibi  
titalitate sua, vt communicet eis  
quod natura earum exigit, que  
exigentia in eis ponitur quod,  
dam iustum (& dicitur iustitia  
laxato vocabulo) quasi secundū  
obiectū iustitia diuină,

Deinde dicitur debi  
tor creatura ex  
pacto, & cō  
promis  
fo  
legis, de quo vide Sagerum.

DI.

# Super quartum lib. Sententiarum. 151

DISTINCTIO. XLVI.  
Quæst. II. Pag. 726.

Viximus Deo sit misericordia.

## RESOLV T I O.

**M**isericordia in nobis ea est, qua alterius misericordiam quamcunque, seu spirituali, seu corporalem non nolumus, & eadem in nobis duplicit hæc effectus, primus quo proximum lenamus a miseria in qua constitutus est, aut si illi imminet eum præseruam. Oculis fui cecos, & pes clauderetur pauperum, &c. Alter effectus compati, & tristari ob alterius misericordia, cū nō possumus ea liberare, tristitia enim est ex his, quæ nobis noletibus accidit, & de hoc effectu dicitur, Factus summisimus, &c. Si quid patitur membris, &c. Quis infirmatur, ego non infirmor, &c. Vnde dicitur compassi effis, &c. Et misericordia quidem iuxta hunc esse debet, non est in Deo, quia is non est capax tristitiae doloris, & humiliandi passionum. Sed est in eo primus effectus. Nā sicut ipse dicitur, quia non sumus consumpti, &c. deinde & ipse a pitiatis misericordia nos misericorditer eripit. Hæc autem misericordia, seu nolle alterius misericordiam, est in Deo duplex. Antecedens videlicet, & cōsequens, eo mō quo Augustinus ponit in ipso velle duplex, & sic tempore hæc velle antecedens, seu semper vult bonum creaturem antecedenter, ita & non vult eius malum, iuxta illud, Vult oēs hominem.

nes saluos fieri, &c. De hoc est dictum, Quis dat eos talem habet? re mētem, &c. Sed sicut nō semper velle consequens, nec nolle consequens respectu mali. Quare licet ipse possit oēm auferre misericordia, non tū cam semper afferre exigentibus hominum demeritis, vt innotescat eius iustitia. Nā & in nobis recta rō dicitur improbos non esse prorsus liberandos a penitentia, iuxta illud, Quia non cito proferetur contra malos infra, &c. Præterea misericordia in Deo est duplex, Liberans, cum oē pectoris auferat malum, vt beatis. Altergit Deus oēm lachrymam, &c. Parcens, seu mitigans, cum partē tollit malorum, sicut accidit damnatis, & his qui in hac vita affiguntur ob sua scelerata. Et de misericordia liberante intelligit illud Iacobi, Iudicium sine misericordia, &c. Et illud, In inferno nulla est redemptio. Porro misericordia, & iustitia (vt elicit ex subsequenti qōne) formaliter in Deo distinguuntur, non aut recipia.

Proverb.

Apost.

DISTINCTIO. XLVI.

Quæst. III. Pag. 729.

Viximus Deus in malorum panitio  
misericordia, & iustitia.

## RESOLV T I O.

**M**alorum punitio est Damnatio peccabilis conuenientis boni carentia, aut discouenientis mali punitia est peccabilis, inde subordinat in ipsius quadruplex tristitia, duplex de priuatione boni duplicit, & Prima de priuatione boni honesti, i.e. ḡx p. culpā: tristitia n. peccato

K 4 quod

152 Resolutiones Ioan. Duns Scot.

quod in vita commiserunt, &c in  
quo derelicti sunt, non quatenus  
est Dei offensa, sed quia deme-  
ritorum pena aeterna, & hęc tri-  
stitia de pena vermis in scriptu-  
ris, Vermis eorum, &c. vel tristia  
ex remorsu peccati commis-  
si. q Secunda tristitia est ob earē  
tiam boni commodi. liberitudinis,  
cuius desiderium maximū  
inest creature rationali potissimum  
sine freno iustitiae derelictæ, &  
vocat tristitia abforptiæ. Du-  
plex vero est in eis tristitia de  
positio disconuenientia, ut pa-  
ta de igne: prima catur in eis ex  
perpetua eorum in igne deten-  
tione, qui eos definitiue locat,  
& vocatur pena incarcerationis.  
altera vero manat ex deten-  
tione intellectus illorum in  
intensa ignis (ut obiecti finis). Por-  
ro istius quadruplicis tristitia  
(cū sint effectus positivi) Deus  
est cā, sed mediante apprehensio  
ne obiecti quadruplicis noliti.  
Duorum aut primorū obiecto-  
rum, seu penarum, nempe priua-  
tionis gratiæ, & beatitudinis (cū  
non habeant positivā caulan) Deus  
ipse non est cā, nisi nega-  
tiva, quia videlicet non confert  
illis gratiæ & beatitudinem, sed  
huius negationis ipsi sunt causa,  
quia id demeruerunt cū pec-  
carent, & non respuerunt. Po-  
sterior vero Deus non est cā, &  
quidem positiva, siquidē Deus  
eos in ignem coniecit, & ibidē  
eos derinet suo decreto, & volū-  
tate, vt non possint ignē neque  
egredi, neq; non intende ipsum  
contemplari, qd tñ nollent, sed  
cupiunt pro arbitrio posse quē  
uis adire locū, & vnumquodq;  
considerare obiectū. In hac ve-  
ro punitione concurrit iustitia,  
qm̄ ymaginque acceptio pos-  
tam in Resol. x. huius dis. Quid  
& condece diuinam bonitatem  
sic punire, & creatura quoque  
id exigit. q Et de prima quidem  
pena patet. Inste. n. Deus pecca-  
tori suani denegat gratiæ, & nō  
remittit peccata, quia hoc ipse  
demeruit peccando, in via, & in  
malitia perseverando absq; re-  
ficiēntia toto pte ad peccatum  
dum illi conceps. Deinde often-  
dit eum, a quo solo liberari po-  
terat, quare merito in peccato  
suo obstinatus derelinquit, quē  
admodū si quis libere se in fo-  
ueam proijceret, a qua liberari,  
nec per se, nec per alium posset  
quouis modo, nisi iuamine il-  
lius, quem dum sic in foueam  
proijicit, grauiter offendit, iuste  
in eadem derelinqueretur. De  
secunda pena ostendo, nā quā  
admodum bonum honestum,  
seu opus virtutis iuste exploit  
bonum commodum, sicut mer-  
cedem, &c. ita peccati priuatis  
honestate, iure regnit priuati-  
onem boni cōmodi, hoc est bea-  
titudinis, & hęc priuatio pecca-  
rum ordinat eo modo, quo stan-  
te offensa ordinari pō, sicut pa-  
tredo alciuī membris (qū elī  
contra bonū ordinē corporis)  
si non tollatur, debet impedit  
per aliquid, qd prohibeat cōci-  
tionem talis membris cū alijs, &  
de hoc ait Boetius, Infelices 4. p.  
sunt in probi iniusta impanita-  
te dannati, q iusta puniante pu-  
nati. Nec mirum, quia in primo  
nullā est bonū, nisi natura, in se  
cundo ultra bonum natura est  
aliquid bonū reformans culpā,  
si iusta correspondentia ponat  
ad culpam. q In tercia pena satis  
apparet iustitia, q sicut bonis  
congruit collocari in loco ame-  
nissimo cum facultate adeundi  
libere

Damnato  
rum puni-  
tio an sit  
a Deo.

libere alia loca, ita conuenit im probis constitui in loco vilissimo, quod est terra in cuius centro est infernus, & q̄ vetens exire eum locum, quia si possent egredi abutentesur hac facultate. q̄ In qua pœna cōstat esse iustitiam, nam sicut intellectui beatorum conceditur contemplatio nobilissimi obiecti, videlicet essentia diuinæ, & voluntati euildem fructu, cum facultate considerandi, aut amandi alia obiecta, sic intellectus damnatorum determinatur ad cōsiderandum obiectum disconueniens, quia noilitum, & imperfictum, quia corporale, & voluntas ad nolendum aliud, qd̄ rā affluit, & est contrastatū, & afferunt facultas considerandi, & prosequenti alia obiecta, p qd̄ punio illa minueretur. Et rō corum tam in beatis, q̄ in damnatis est, quia per intellectū, & voluntatem p̄cēs meruerūt. Et h̄ sunt nobilissima potētia natura intellectualis, in quarum p consequens perfectione, vel imperfectione praeceps constituit talis natura perfectio, vel imperfictio. In quatuor alijs pœnis, i. iustitijs, constat quoque esse iustitiam, quia consummatio pœnae iustitiam requirit. Hominibus insuper dānatis resumptis corporibus adiungenter h̄ pœnit, quia & ardebut in igne illo, & sublequetur ingens dolor in appetitu lēnsitivo, & ibi quo que erit iustitia ex correspondētia illius acerbitatibz ad inordinatam delectationem, quam habuit in peccato. Verunt̄ in his omnibus afflictionibus concurrit Dei misericordia non libertans, sed parcens de qua a q. huī dīb. iuxta illud Iacobi, Sup

exaltat aut̄, id est, commendat misericordia iudicium. Quanto n. ad aliquod opus plures cōcurrunt virtutes, tanto est illud perfectius, ergo si ad iudicium concurrent iustitia, & misericordia, erit perfectius. Quod autē *Psal. 24.* concurrent patet ex psalmista, *Psal. 10.* Vniuersit̄ via Domini misericordia, & veritas, &c. Iustus dominus est, *Psal. 78.* Non obliuiscet misericordia Deus, nec continebit in ira misericordias. Qd̄ si ex Deuteronomio arguas, ibi esse iniustitiam, cum ibi dicatur, s̄m modum delicti, &c. Sed delictum est ipale, & finitum, ergo & pena debet esse talis. R̄fundetur q̄ multi perpetuo peccarent, si semper vixissent, alij vero qui peccauerunt cum proposito resipiscendi, exposuerunt se periculo perpetuo manedi in peccato, maxime cū noluerunt tge oportuno resipiscere. Melius autem df. secundū *Augustinum*, quod non requirit iustitia penam, infiigi perpetuam, vt sit sufficiens culpa, sed est perpetua de per accidens, propterea q̄ persona sit perpetua, & perpetuo manet in culpa. Si vero ex Iacobo dixerit ibi nullam esse misericordiam, cū dicat, iudicium sine misericordia, &c. Respondet eum locū intelligi de misericordia liberate, & non de parcentē.

D I S T I N C T I O . X L V I I .  
Quæst. I. pag. 740.

*Eistne futurum univ ersale iudicium?*

R E S O L V T I O .

G eneralē iudicium fore demonstrari nequit permanenturam

teram, est enim minus notū, q̄ resurrectio ipsa, quā tñ naturales ignorauerunt Philosophi, vt pater 43. dist. Insuper est vñ futurum contingens dependens a sola diuina voluntate, quo circa cognosci nequit, nisi voluntas ipsa cognoscere, congruentia tñ aliqua assignari pñt. ¶ Prima, congruēt est oēs malos tandem separari ab oībus bonis iuxta parabolam, Simile est regnū cęlorum sagena, ibi, seculi, &c. Nō enim mali commixti sunt bonis, nisi vt vel malus corrigatur, vel bonus per eum exerceatur

*Mas. 23.  
Tom. 2. in  
Psal. 1. 4.*

¶ Em Augustinum in illud Psalmista, Contristatus sum in exercitatione mea, &c. Sed hęc non fient post hanc vitam, ergo congruit eos separari. ¶ Et licet in morte particulari cuiuslibet hęc separatio fuerit facta, congruit tñ vt fiat għaliter in iudicio, vt manifestetur omnib. Dei iustitia, qua fuit in secretis iudicijs cuiuslibet particularis persona, & hęc est secunda cōgruētia. ¶ Tertia congruentia, sicut res sunt a primo efficiente, ita reducentur in ipsum, vt in fine, vnde in apocalypsi, Ego sum & & o. Atqui præter spāles exitus, seu productiones rerum, q̄ sunt quotidie iuxta illud Ioannis, Pater meus vñque modo operat, fuit vñus exitus vñiuerſalis in prima rerum creatione, Qui vivit in eternum creavit omnia simili, &c. Congruum est igitur a simili, vt præter singulares reductiones, fuit vna vñiuerſalis reductione omnium honorū in fine suū, & per consequens vna finalis & vñiuerſalis sua discreua maiorū, q̄ nō reducuntur. ¶ Quartæ congruentia, quia p̄ter hoc p̄ vñiuerſisq; adiutabat regno, vel

carceri seofum dēt tota multitudine ordinata ad regnum, aliquid determinari ad illud possidet dum, & mitti in possessionem regni, & vñiuerſa alia multitudo relinqui carceri, vt sic fiat sequentia durarū familiarū, seu cuius tam, de quibus Anguillius de ciuitate Dei per totum. In illo autem iudicio erit aliquid premiū, nempe clara cognitio mentorum, & demeritorū cuiuslibet, iuxta illud Apostoli, Qui & ille umnabit, &c. Qd quoq; mō fiat, relinquitur p̄tati diuina. Erit & aliud completiuum, s. latio sententia, & eiusdem executio. De loco vero dī, p̄ erit vallis Iaphat, em illud Iocelis, Adducam oēs gentes in vallē Iosaphat, &c. Apostolus art q̄ boni rapere tur obvia ħrio in aera, &c. mali relinquuntur in terra in valle illa, vel in circuitu, Christus vero existimat descepiens in aero, ad loca vbi transfiguratus cora Apostolis, ostendit eis signum Iesu futura gloria.

### DISTINCTIO. XLVII.

Quæst. II. Pag. 744.

*Utrum mundus sit purgandus per ignem.*

### RESOLVTIO.

**P**orro mundus creditur per ignē prius, Tertius purgandus iuxta illum Psalmistū, Ignis ante illum precedet, &c. & Petri, Celi ardentes calore, soluentur, & patet ex alijs locis Prophetarum. Quomodo autem id fieri, nouit Dominus, & cui voluerit reuelare.

DI-

# Super quartum lib. Sententiarum. 155

DISTINCTIO. XLVIII.

Quæst. I. pag. 746.

Iudicabitne Christus in forma humana.

## RESOLVITIO.

 Vm iudicium sit cō plera determinatio eius quod redendum est alicui pro meritis, & hæc completa inquam determinatio includat perfectum dictam ē intellectus huius rei, & velle pfe ñac efficax voluntatis, conseq̄uit q̄ principaliter iudicare includit dñeare, & principaliter hæc, velle efficax. Nihil autem dñ principaliter quidpiā agere, qđ in agendo depēdet ab alio in principali. Vnde colligitur q̄ principaliter iudicare ei sibi competat cuius intellectus non subordinatur, seu dependet ab alio in iudicando, nec voluntas in efficaciter volendo, & imperando, sic ut ad illud imperiū mox sequat effectus. Intellectus aut̄ anima Christi subordinatus diuinę voluntati in dictando, & voluntas eius diuinę voluntati in volendo. Nā licet quippiā efficaciter velit, & illud cueniat, subordinat in necessario diuinę voluntati, quia eius voluntas non est oportens. Iō fieri nequit, vt Christus s̄m humanam naturā principaliter iudicet. Adde q̄ fieri nequeat, ut aliquid creature efficaciter imperet, & efficiat, vt quispiā videat Dñū, sed hoc sit a diuinavoluntate, nec Christus, vt hoc presumeret. vnde illud, Sedere aut̄ ad dexteram meam, non est mecum dare vobis. Alio mō pōt accipi iudicare non sic

oīno principaliter, sed cōmissarie, vel subauthoritatue, excellenter tū excellētia singulari, sic vt non possit esse alia authoritas cōmissa superior, & sic Christus vt hō iudicari, sicut commissum est Eucharistiā confidere, & alia facia administrare. Nam eti pūra creatura committi posset, vt iudicaret, & iudicium illius demandaret executioni a diuina voluntate, non tñ ei posset committi, vt omne eius velle impletur ab eadem persona, quia tunc pura creatura esset omnipotēs. Quare suprema cōmissio possibilis est, q̄ non solum omne determinatum a voluntate cueniat, sed quod ab eadē persona exequatur, cuius est illa voluntas, hoc aut̄ cō celsum est anima Christi, ergo Christus s̄m humanam naturam non iudicat principaliter, sed commissarie, & subauthoritatue, potestate tamen eminenti, & summa possibili conferri creature, & sic interpretanda sunt loca scripturæ, quæ videntur afferere iudicariani potestatem collatam Christo homini, vt illud Matthai: *Matt. 25.* Cum venerit filius hominis, &c. *Ioan. 5.* Ioannis, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, &c. Et iterū, Filius quis vult viuiscat, &c. & illud Apostoli, *Aff. 10.* Vt viuorum, & mortuorum dominetur. & illud Actuū Apostolicorum, Index viuorum, & mortuorum, &c. & *Rome. 14.* *Matt. 10.* Data est mihi omnis potestas, &c. intelligenda sunt tanquā non de domino, autoritate iudicaria, vt potestate principaliter, sed de autoritate subordinata, eminentissima tamen, quæ potest esse sub principaliter, vnde, Omnia mihi tradita sunt a patre,

R. M. 6.

tre. Apparebit vero Christus in forma glorioſa, nam postquam ſemel glorificatus eſt, nunquam erit non glorioſus, ſicut poſtq[ue] reſurrexit ſemper fuit immortalis, Christus reſurgens, &c. & in eadem gloria videbitur a beatis, & reprobiſ, nec propterea ſe quitor aliqua delectatio in dānatis Deo non concurrēt, quinimo maior anguſtia, vel afflītio, iuxta illud: Videbūt in quē transfixerunt, & Adde qđ obie-  
ctum conueniens videri poſlit abique delectatione, & non ſit inconueniens oculum non glo-  
riofum videre corpus glorio-  
ſum, &c.

DISTINCTIO. XLVIII.  
Quæſtio 11. Pag. 752.*In iudicio ceſſabit ne corporum coele-  
ſtium motus?*

## RESOLVITIO.

22. M. &  
3. phy.

Aristoteles ſicut mū-  
dum poſuit perpe-  
tuum, ſic motum  
corporum coele-  
ſtium nūquā ceſſaturum exiſtimauit. Sed hec al-  
ſertio, & ſacris ſcripturis, & Theo-  
logicis aduerſatur. Ait enim Za-  
charias, Erit dies vna, quā nota  
eſt domino, non dies neq[ue] nox,  
Et Abba chuc, Sol & luna ſte-  
tērunt in ordine ſuo, &c. Sacri quo-  
que doctores digitū ad hoc at-  
tollunt oēs. Quocirca illud Gene-  
ſis, Cunctis diebus terre itas,  
hyems, nox, dies nō requieciēt,  
intelligitur pro vita mortalitati ho-  
minum. Ad illud vero Aristote-  
lis, ſemper agit ſol, & aſtra, & to-  
rum coelum, non eſt autem ti-  
mendum, nequando ſter, quod

Zach. 1.4.

Abbas. 3.

Gen. 8.

3. M. 1.6.

cap. 7.

timent qui de natura, id eſt ali-  
qui philoſophi natuſales, vt Em-  
pedocles, exiſtimari mundum  
deficerē, ſecundum quod, nunc  
nisi, nunc amicitia regnet. Rude-  
tur in ea fuit opinione Philoſo-  
phus, ſed non aſtrum ſufficiēt  
ſuam opinonē, quia Deus con-  
tingēt concurrit (nō neceſſa-  
rio ut putauit Ariftoteles) cū in-  
telligentijs ad mouendū co-  
lum. Prima autem cauſa conin-  
genter agente, effectus eſt ſim-  
pliciter contingens, & potentiō  
eſt: Quia ſi prima cauſa non  
agit, nulla alia produceſſe  
eſt. Patet ex Daniele, de igne  
fornaci Babylonica: ceſſabit Dei,  
igitur coelorum motus cum pla-  
cuſerit primo motori.

DISTINCTIO. XLIX.  
Quæſt. I. pag. 760.*Confittione beatitudine per ſe in opta-  
tione?*

## RESOLVITIO.

**N**ter omnia natu-  
re intellec[tu]alis ap-  
petitib[us] aliquod eſ-  
ſe ſimpliſter eſt ſupre-  
mum, & illud ſupremum eſt lo-  
lū illud, qđ cuilibet natura intel-  
le[ctu]ali ſimpliſter pp[er] ſe eſt ap-  
petendum, nec in alio natura  
intellec[tu]alis ultimate, & com-  
plete perficietur, quā habendo  
ſupremum appetitū. & hoc per-  
fecte eo mō, quo potentiō ipiū  
habere. Nihilominus obſeruan-  
dum eſt in omnibus eſſe dupli-  
cem perfectionē, primā videli-  
cet qđ nihil deficit pertinens ad  
primum eſſe rei, ſeſſe et eſſentia-  
le, & ſecundum quando nihil de-  
ficit

# Super quartum lib. Sententiarum. 157

ficit ad esse secundum, videlicet ad bene esse, & in hac perfectio ne secunda consistit beatitudo, quando videlicet natura intelle ctualis per suam operationem contingitur enti perfectiori se ipsa, nempe Deo. Est igitur beatitudo etiā ēm philosphos bonum sufficiens, (videlicet exclu dens defectum, & indigentiam) perfectū (excludens imperfectio nem, seu diminutionem) ultima tum (excludens tendentiam ad aliud completius bonum) id est bonum, quo habito, complete bene est bonum habenti. Est autem duplex beatitudo, videlicet Simplex, que coniungit subiecto nobilitissimo, & Secundū qd,

Dicitur que coniungit minus nobili per humana, factio. Consistit vero beatitudine in operatione, quia nō potest nisi haec aliqui ultimate bene esse, & cōpetere, nisi habendo illud, quod est summe appetendum, nempe Deum, iuxta illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Arqui haberi nequit, nisi per coniunctionem naturae intellectualis ad ipsum: Que sane coniunctio non haberet circa operationem, quia nec essentia nec potentia Deo coniunguntur, nisi per operationem. Huc accedit Aristoteles, felicitas est operatio optimaria, secundum optimum virtutem, & in vita perfecta. Item spes & M. e. cifecat in qua operatione, quia & r. de in speculativa. Et alibi ait, omnis & nis substantia, cuius est operatio, est propter operationem, id est, sum. Augustinus, Summa meritorum, est sit, vi ipso perficiatur, Deo felicitas, summa autem merces est beatitudo ēm ipsum, ipso autem pertinet est operatio, quare beatitudo ipsa in operatione consistit.

## DISTINCTIO. XLIX. Questio II. pag. 661.

Vtrum immediatis persicat beatitudo essentiam, an potentiam ipsius beatæ.

### R E S O L V T I O .

**S**icut alia sit essentiaz perfectio, & alia potentia, sive eadē, & vñica sit essentiaz & potentiaz perfectio, cū beatitudo (ex præcedenti resolutione) in operatione cōsistat, operatio autem immediatus potentiam persicat, quam essentiam (quia non competit operatio essentiaz nisi mediantur potentia ex Aristotele) consequi. **2. De alia** beatitudinem immediatus & o. Me. potentiam persicere.

## DISTINCTIO. XLIX. Questio III. Pag. 778.

Vtrum beatitudo per se consistat in pluribus operationibus simul.

### R E S O L V T I O .

**V**ariant plane doctores in explicatione huius questionis, nā Richardus allicit beatitudinem cōsiderate in actu intellectus, & voluntatis, & in duabus operationibus, Beatus vero Thomas in una operatione dūtaxat. Veruntamen ut exadius id explicet, operari p̄cipiū fuerit obliterare primū hic nō agi de beatitudine obiectua, sive extrinseca, q̄ est Deus ipse, sed de illo quo natura intellectualis immediate coniungit obiecto beatifico: Et iuxta hanc se.

secundum acceptiōnēm dupli-  
citer intelligi potest, vel de beat-  
itudine potētia, vel de beat-  
itudine ipsius natura. Intellectua  
lis beatitudo vtriusque potētia

*Beatisimo seorsum consistit in unica ope-  
ratione, beatitudo intellectus in  
clara visione verbi diuini, volū-  
tatis in perfecta fructuōne eius-  
dem.*

Beatitudo autem totius natura intellegitualis est duplex, videlicet extensua, & intensua. ¶ Prima & totalis cōsistit in duabus operationibus durarum potētiarum anima, quia per vtrā que coniungit immediate ipsi obiecto diuino. ¶ Secunda & perfecta beatitudo consistit in unica operatione ipsius voluntatis, quia sola voluntas perfec-  
tissime, & ultimata vnit ipsi Deo naturam intellectus & ualem. His cōfentit Aristoteles, ita definiens beatitudinem, Fœlicitas est ope-  
ratio optima, secundum optimam virtutem, & in vita pfecta.

1. Ethic.

DISTINCTIO. XLIX.  
Quest. IIII. pag. 782.

*Beatus qui confusat per se in actu  
intellectus vel voluntatis.*

RESOLVITO.

1. De do-  
ctrina. C Vna affueret beatus Au-  
gustinus, & ex professio-  
ne. I. 6. dicat summa merce-  
dem esse ut Deo perfruamur, &  
frui sit voluntatis actus (quia est  
amore inhætere) summa mer-  
ces nostra est beatitudo, & ea-  
dem in voluntate consistit. Idē  
etiam aſtruit dicens, Solo illo il-  
lustrari, perfruique ſufficiet, &  
Beatus est qui haberet quidquid  
vult. Adde quod beatitudo cōſi-  
ſtere debet in operatione illius

potētia, qua intimum, pfectius,  
ac immediatus, seu prima prio-  
ritate pfectioſis cōiungit ipsi  
Deo, sed voluntas est huimodo-  
di. Quocirca cū dixerit Christ⁹, Iux. 17.  
Hęc est vita eterna &c. hoc acci-  
piendū est inchoatiue, sed termi-  
natue, & cōpletive in visione, &  
fructuōne, & iſto pfectus cōſit. I. 14. 7.  
Ita illud vero Augustini, Visio tunc  
est tota merces, &c. intelligitur  
de mercede, seu beatitudine ip-  
sius intellectus ſolū, & non de  
mercede totius hominis, & con-  
ſimiliter accipieſe ſunt oīs au-  
thoritates, & rōnes quę aſtruit  
beatitudinē cōſistere in actu  
intellectus, vt Philoſophus ait in n. 64.  
Ethicis, vbi probat fœlicitatem  
ſubſtantiarū ſeparatarū cōſtitue  
re in ſpeculatione. Hoc n. verū  
eft de fœlicitate, quę eft in in-  
tellectu. Nec obſtat illud Philippi,  
Domine oſtende nobis patrem, Iux. 14  
&c. & ſufficit nobis, &c. quia nō  
loquebatur de viſione beata, vt  
patet ex reſponſione Chriſti di-  
centis, Tāto tempore, &c. ſed de  
viſione fidei, id eft, de cogni-  
tione trinitatis, quam adhuc non  
intelligebat, ſed putabat plane  
intelligere patre ſibi oſtemo.

DISTINCTIO. XLIX.  
Questio V. Pag. 791.

*Beatus qui confusat per se in frui-  
tione.*

RESOLVITO.

**S**Intellectualis natu-  
ra beatitudo ī fru-  
tione, ſimplicer relati-  
onē cōſtituit in fructu ī ſu-  
ne in quaum ipsius non  
Dei quę habent in patria, non in  
in ea, quam viator habere po-  
tēt.

# Super quartum lib. Sententiarum. 159

test. Hæ porro fruitions specie  
diffident, perinde ac intuitiva  
notitia, & abstractiua. Amor ve-  
to duplex est, videlicet concipi-  
scientia, qua diligimus quippiā  
propter nos ipsos, seu propter  
bonum nostrum, de quo illud  
Ioannis Quaritatis me, non quia  
vidistis signa, sed quia saturati  
estis ex panibus. Et amor amicitia,  
qua amamus quippiā pro-  
pter se, seu propter illius bonum  
vilitate, de quo, Diliges domi-  
num Deum tuum ex toto cor-  
de &c. solus autem amicitia  
amor fruio dicitur.

## DISTINTIO. XLIX.

Quæst. VI. pag. 796.

Peritene ad beatitudinis effensionem  
securitas.

## RESOLV TIO.

**B**eatitudinem fore p-  
petuam satias super-  
que ex lacris colli-  
git, dicente Christo:  
Ibunt iusti in  
vitam eternam, consimilites di-  
ciunt, quod beati erunt sicut an-  
geli Dei in celis: Et apud Psal-  
mam, In secula seculorum lau-  
dabunt te. Huc accedit Augu-  
stinus, Beata vita esse non po-  
test, nisi sit immortalis. Causa  
autem huius perpetuitatis non  
est ipsa forma, seu natura beatitu-  
dinis, vt ait Thomas, nec natu-  
ra ipsarum potentiarum (intel-  
lectus videlicet, & voluntatis )  
qua necessario perpetuo circa  
tale obiectum operatur, vt ait  
Henricus, nec habitus in poten-  
tijs hoc est lumen glorie in in-  
tellectu, & charitas in voluntate, )  
qui necessario determinat ipsas

potentias ad perpetuo operan-  
dum, vt ait etiā D. Thomas, sed  
huius pperuitatis causa est ipsa  
diuina voluntas, quæ sicut bea-  
titudinem confort, ita candem  
in ipsis conseruat perpetuo. Qd. *Beati qnō*  
*si hoc admissio, exquiras quonā impeccabi-*  
*paōtō beati erunt impeccabi- los.*

les, cum per nihil sibi intrinse-  
cum habeant, quin contingens  
ter operentur, & per consequēs  
possint non frui, & ita peccare,  
quod tamen est absurdum. Re-  
spondetur, quod beatus in potē-  
tia propinquā, seu in sensu com-  
posito est impeccabilis, hoc est,  
beatus nequit simul esse bea-  
tus & peccare, sed in potentia  
remota, siue in sensu diuiso pec-  
care potest, si videlicet ab eo au-  
feratur beatitudo. Præterea il-  
lud videlicet quod beatus in sen-  
su composto peccare non po-  
test, bifariam intelligi potest. Pri-  
mum quod hoc insit illi per ali-  
quid sibi, seu sua voluntati in-  
trinsicum, & hoc non est verū.  
Secundum quod per aliquam  
causam extrinsecan auferen-  
tem ab eo propinquam peccan-  
di potentiam, & hoc est verū.  
Hæc autem causa est Deus ipse  
præueniens beati voluntatem, vt  
semper fruendi actum cōtinet,  
& ita nunquam possit remotam  
non fruendi, & peccandi poten-  
tiā ad actum reducere: Si qui-  
dem nunquam causa secunda  
præuentia a causa superiori agē  
te ad vnum oppositum potest  
potentia propinquā in aliud op-  
positum, vt Paulus præuentus a *Nota exē*  
*Deo nequivat amplius ecclē- plūm.*

1. Cor. 11

EAN 3

160 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

tam, propinquam vero non, sed hoc prouenit a causa intrinseca, nempē carcere impeditente ipsum, non a causa intrinseca, supposito quod sensus viſus in eo fuerit integer, sic est in beatis peccandi potentia. Hac autem perpetuitas non mensuratur aeternitate, (vt ait Thomas) sed aeterno, & potest esse, & non esse. Conservatur tamen a Deo, nec est deratione, seu essentia beatitudinis, (licet oppositū existimet beatus Thomas) accipiendo beatitudinem intensius, hoc est, pro aliqua perfectione permanente, Quia quacunque perfeccio permanens, & quantumcumque eadem, & aequalis potest esse per instans, vel in aliquo breui tempore, que & quanta potest esse in toto tempore. Aque enim perfecta est albedo vnius diei, sicut vnius anni. Sin beatitudo accipetur extensiue, id est, pro aliqua perfectione permanente, non solum intenta, hoc est durate quantum potest, tunc perpetuitas includeretur in eius ratione. Si quæris, an huiusmodi beatitudinis perpetuitas possit mereri. Respondeatur, quod loquendo de stricta iustitia, Deus nulli propter quacunque merita est debitor perfectionis tanta, propter immoderatum excellum illius perfectionis supra merita. Si etiam loquamur de illa iustitia Dei, que eius liberalitati innititur, qua etiam supererogat in oremis, & statuit meritis hominum conferre beatitudinem, non propterea necessario consequitur propter hanc iustitiam, esse reddendam perennem beatitudinem, tanquam primum, immo abundans fieret retributio in beatitudine vnius momē

ti. Perpetuo igitur conservat Deus hanc in electis beatitudinem, non ex iustitia quidem, sed ex mera liberalitate. Si vero volueris asserere quod cadat sub merito, oportet dicere correspōdenciam perpetuitatis beatitudinis ad meritum innitit iustitia, & liberalitatij supererfluentia. Beati autem securi sunt, & certi, quod eorum beatitudo erit perpetua, & hoc ex reuelatione sola ipsius Dei, non pro rea quod videant beatitudinem esse necessariam, nec item per rationem naturalem, quia per ilam non potest esse notum, & a sola diuina pender voluntate. Securitas idcirco ( quemadmodum nec perpetuitas) non est de ratione beatitudinis, nec eius includitur essentia.

D I S T I N C T I O . XLIX  
Quesit. VII. pag. 208.

Pertinere ad beatitudinis essentiam gaudium quod habatur de obiecto beatifico?

R E S O L V T I O .

**B**eatitudo ipsa si pro voluntate accepatur non solum includit gaudium, cum sit passio que in domini beatitudine ve-ro in operatione consistit. Nil hilominus obserua voluntatem bifariam considerari. Primum ut potentia operativa, & sic sim pliciter perficiunt operationem contingente illam summo bono vitiare, & in hoc essentialiter consistit beatitudo. Deinde potest considerari, ut receptiva, & hoc modo est perfectibilis non operatione, sed supernaturalibus passio-

# Super quartum lib. Sententiarum. 161

passionibus (qualis est delectatio, & gaudium) quia talium est ultimae receptionia. Hinc colligitur aduersus Thomam fieri posse, ut aliquis beatificum videat obiectum, & tamen nullum inde habebit gaudium, sed hoc adscribendum esset non potestate creature, sed diuine.

Cum igitur Augustinus asserit beatitudinem esse gaudium de vita beata, intelligit causaliter, non per essentiam, quia beatitudo est causa quietationis, & delationis, quae consequuntur actus beatificos.

## DISTINCTIO. XLIX.

Quæst. 8. Pag. 812.

Vitam humana natura sit natura infima beatitudinis capax?

### RESOLVATIO.

**H**umanam naturam fore beatificabilem, satis superque innuit Apostolus, Videamus nunc per speculum & in enigmate, &c. Videbimus eum, sicuti est, &c. Videbimus faciem, &c. Erunt sicut angelii, &c. Eo ipso anima Dei imago est, quo ipsius capax esse potest. Quid autem circa hoc philosophi senserint, vide est in Ethicis, & apud Augustinum. Plane ignorarunt beatitudinem, quam nos Christiani speramus beneficio ipsius Christi, ea siquidem naturaliter cognosci nequit, sed sola fide, iuxta illud Isaiae, & Apostoli: Oculus non vidit, &c. Ibi, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Adde

quod anima immortalitas per Naturali-  
lumen naturale cognosci ne-  
terimmo-  
queat. Insip Philosophus existi *talis* co-  
nauit primam causam posse a *gnoscine-*  
*nobis cognosci inuicem* dū *quit*.  
taxat, & notitia confusa, obscura i. Postea  
& abstracta a sensibus. Asserit. n. 1. & 2.  
quod omnis nostra cognitio or *Physic*.  
tum habet a sensu. Beatitudo

autem consistit in notitia intuiti-  
tua, seu clara Dei visione, &  
eiudem perfecta fruitione, se-  
cundum illud Apostoli. Tunc au-  
tem facie ad faciem, &c. & Ioan-  
nis. Videbimus eum, sicuti est,  
&c. & Psalmista, Satiabor cū ap-  
paruerit, &c. Hinc manifestum  
euadit, nullam naturam inferio-  
rem hominem beatificabilem es-  
se simpliciter, cum nulla talis  
possit per suam operationem,

fummo coniungi: Quandoquidem omnis natura inferior ho-  
mine excedit suam operationem  
per organū, ergo nō circa obie-  
ctū immateriale, in quo tamē  
fodo est beatitudo. Aliqua tamē  
natura inferior humana beatifi-  
cabilis est secundum quid, ut ea  
qua per suam operationem suo  
fini immediate coniungi po-  
test, & ex consequenti suo opti-  
mo, non tamen optimo simplici-  
ter, qualia sunt sensu anima-  
lia habentia operationes pro-

prias, & immanentes, vi-  
sionem gustum,  
&c. Per quas qui-  
dem ope-  
ratio-  
nes  
pul-  
chro visibi-  
li, aut gustabili  
eis optimo  
coniugi-  
tur.

162 Resolutiones Ioan. Duns S coti.

DISTINCTIO. XLIX.

Quæst. 9. pag. 816.

Expetuntne cūtī mortales necessario,  
& summe beatitudinem  
ipsam?

RESOLV TIO.

Appetitus  
duplex in  
homine.

a.Cor. 1.

AB. 6.

L. t. 3. de

Trin. c. 8.

A. s. d. b.

ss. de Trin.

nit.



Ppetitum in homi-  
ne constat dupli-  
cem esse, Naturalē,  
qui nihil aliud est,  
quām inclinatio  
ipius natura ad suam perfectio-  
nem, & Liberum, qui est actus li-  
bere elicitus a voluntate. Hunc  
autem duplē appetitum in-  
de colligimus, Q̄ sancti olim,  
& ipse Christus, licet naturali ap-  
petitu mortem horrerent, quia  
( inquit Paulus ) nolumus ex  
spolari, &c. Et Christus orabat,  
vt si fieri posset transire ab eo  
calix, tamen libere, & eleito vo-  
luntatis actu eandem eligebat,  
vnde subneciebat Christus, Ve-  
runtamen non mea voluntas,  
&c. &c., ibant Apostoli gauden-  
tes, &c. Proinde naturali appe-  
titu mortales quique necessaria-  
rio & summe beatitudinem ex-  
petunt, & hoc in particulari, id  
est beatitudinem, quam fide te-  
nemus in clara Dei visione &  
fruitione confistere: Vnde Au-  
gustinus, Beati omnes esse vo-  
lunt, &c. Et idem, Ardentissime  
beatitudinem omnes volunt.  
Nec opus est habere veram bea-  
titudinis cognitionem, quia is  
appetitus, sicut ceteris in rebus,  
sic in homine finis, aut obiecti  
notitiani non præexistit. Appे-  
titu autem libero, licet voluntas,  
vt in pluribus beatitudinem  
velit, non tamen necessario, &  
summe, sed contingenter: quam-

uis enim voluntas non possit  
beatitudinem, seu Deum ipsum  
odio prosequi, aut summam ex-  
petere miseriam, potest nihil  
minus omnem actum suspen-  
dere, id est, nullum actum circa  
hanc obiecta elicere. Est siquidem  
respectu quorumcunque  
obiectorum libera, saltem li-  
bertate contradictionis, vt vide-  
licet possit quo deinceps obie-  
ctum amare, odire, ut non cu-  
rare de illo.

DISTINCTIO. XLIX.

Quæst. 10. pag. 816.

Quacunque ab homine appetunt  
an propter beatitudinem  
appetantur.

RESOLV TIO.



Vm naturalis appre-  
titus innatus sit  
homini ad suam  
prosequendam per-  
fectionem, quacū-  
que iuxta naturalē expedit in-  
clinationē, propter ipsam ap-  
petit beatitudinem, non autem  
quacunque appetit libero ap-  
petitu. Fieri enim potest, vt  
cum quippe desiderat, de  
beatitudine nullatenus cōside-  
ret. Præterea licet ipsam con-  
sideret, potest nihil deficitus con-  
traria beatitudini ( qualia sunt  
vitia ) concupiscere, secus si ha-  
iusmodi liber appetitus rectus  
fuerit, hoc est conformis dicta-  
mini vero intellectus, & regulis  
diuinis, seu voluntati ipsius Dei,  
De quo Augustinus, Propter L. II.  
hanc quacunque extera Tra-  
appetuntur, id est  
appeti de-  
bent.

D I

# Super quartum lib. Sententiarum. 163

DISTINCTIO. XLIX.  
Quæst. 11. Pag. 824.

*Vixit homo ex puris naturalibus beatitudinem consequi possit?*

## RESOLVITIO.

**P**remissum est, ut homo Deum ipsum clare & immediate cognoscatur, & eodem sic cognito fruatur, astutus erat propterea Philosophus hominem ipsum actibus, quos in praesentia experimur, in hac vita beatitudinem consequi posse. At fide certa oppositum fidibus innoteat. Quocirca libere profitentur in hac mortalitate vita neminem beatificari posse, etiam aliis actibus ab his, quos nunc habemus, vñ in Exodus, Non videbit me homo, & viuet. Hac autem impossibilitas non est ex parte ipsius Dei. Post enim homini cōcedere beatitudinem in hac vita, sicut in alia, nec ex parte hominis simpli citer, hoc n. mō nunquam beatus esse posset, sed est ex parte hominis ratione mortalitatis, q̄ beatitudini repugnat, non formiter, sed virtualiter. Siquidē effectus beatitudinis repugnat effectui mortalitatis, & per consequens causa illius effectus. Beatitudo enim est cā immortalitatis, nec compatitur secum inordinationem aliquam in appetitu intellectivo, aut sensibili. Quia summa delectatio affert tristitiam, & immortalitas impedit a suo effectu, & per consequēs repugnat mortalitati beatitudo ratione repugnantie effectuum naturaliter consequientium. Quod si dixeris Christum in hac vita fuisse beatum, antepos.

DISTINCTIO. XLIX.  
Quæst. 12. Pag. 830.

*Potestne homo in hac vita mortali beatitudinem consequi?*

## RESOLVITIO.

**C**um naturali lumine deprehendi nequeat fieri posse,

ut homo Deum ipsum clare & immediate cognoscatur, & eodem sic cognito fruatur, astutus erat propterea Philosophus hominem ipsum actibus, quos in praesentia experimur, in hac vita beatitudinem consequi posse. At fide certa oppositum fidibus innoteat. Quocirca libere profitentur in hac mortalitate vita neminem beatificari posse, etiam aliis actibus ab his, quos nunc habemus, vñ in Exodus, Non videbit me homo, & viuet. Hac autem impossibilitas non est ex parte ipsius Dei. Post enim homini cōcedere beatitudinem in hac vita, sicut in alia, nec ex parte hominis simpli citer, hoc n. mō nunquam beatus esse posset, sed est ex parte hominis ratione mortalitatis, q̄ beatitudini repugnat, non formiter, sed virtualiter. Siquidē effectus beatitudinis repugnat effectui mortalitatis, & per consequens causa illius effectus. Beatitudo enim est cā immortalitatis, nec compatitur secum inordinationem aliquam in appetitu intellectivo, aut sensibili. Quia summa delectatio affert tristitiam, & immortalitas impedit a suo effectu, & per consequēs repugnat mortalitati beatitudo ratione repugnantie effectuum naturaliter consequientium. Quod si dixeris Christum in hac vita fuisse beatum, antepos.

L 2 cap.

effectuum mortalitatis & beatitudinis, de Paulo dicitur quoque consimiliter.

## DISTINCTIO. XLIX.

Quæst. 13. Pag. 834.

*Eruuntne bestorum corpora post resurrectionem impassibilia?*

## RESOLVATIO.

*I. Cor. 15.  
Apoc. 21.  
Impassibili-  
tatis cor-  
porum bia-  
torum.*

Acræ literæ satis su-  
perque decantant  
beatorum corpora  
donanda fore im-  
passibilitate, dicen-  
te Paulo: Mortale hoc, &c. & Io-  
anne, Sed neque dolor erit ul-  
tra, &c. At de huius impassibili-  
tatis causa ambiguum est, siqui-  
dem in ipso corpore erunt qua-  
tuor qualitates primæ confe-  
quentes mixrum, nec anima erit  
effectrix huius impassibilitatis,  
quia non faciet eam Deus om-  
nipotens, vt possit pro arbitrio  
efficere quidquid volerit:  
Quandoquidem nec angeli etiā  
supremi possunt pro arbitrio  
impedire actionem cauṣarum  
naturalium, quia non obediunt  
angelis ad nutum. Dos quo-  
que, seu qualitas aliqua existens  
in corpore, id non praestabit,  
nec cessatio motus cœlestis. Si-  
quidein afflere, quod cessante  
cœlo, & approximante igne stu-  
pis, stupæ non ardeant, error est.

*Iosue. 10.* Huc accedit factum Iosue, qñ  
Cā impassebat bellum Israē & cœlo que-  
sibilitatis. Causa igitur talis im-  
passibilitatis est diuina voluntas,

non coagens cause secundæ cor-  
ruptiæ, secundæ ac factum legi-  
mus apud Danielem circa tres  
pueros, qui in fornacem igne ve-  
hementissimo carentem con-

iechi, nullatenus Igfi fuere, non  
concurrente Deo ipsi igni, sed  
potius suspidente eius actione-

## DISTINCTIO. XLIX.

Quæst. 14. Pag. 841.

*Eruuntne agilia beatorum corpora?*

## RESOLVATIO.

 Gilatas, sane si pro Agilis  
pius spectemus, ha-  
bitatis est in aliquo  
toto compito ad  
prompte sece mo-  
uendum secundum locum ex  
perfectione virtutis motiuæ a-  
nimæ, & congrua dispositione  
corporis; siquidem beatus ha-  
bens suum corpus gloriosum,  
habebit agilitatem, & prompti-  
tudinem ad mouendum, que  
profecto agilitas non est pro-  
pter supernaturalem aliquam  
qualitatem corpori superaddi-  
tati, & ab anima desuentem,  
sed est propter intentionem vir-  
tutis motiuæ ipsius animæ, &  
propter amotionem duplicitis  
impedimenti ab ipsis corpore.  
Auferetur enim primo impedimentum a iuncturis & neris  
ipsius corporis, deinde auferen-  
tur humores grossi, & spiritus  
densi, que redditum hominem  
pigrum & tardum, & spiritus  
boni & subtile glorioſis cor-  
poribus dabuntur, qui efficien-  
corpus ipsum agile, & ad mo-  
rum localem expeditum. Por-  
ro hanc agilitatis dotem beatus  
confendam colligimus ex illo  
Salomonis: Tanquam scintil-  
la in arundineto dilucens, &c.  
& ex illo Haiz: Qui sperant in Ioh.  
Domino, &c.

D.

# Super quartum lib. Sententiarum. 165

DISTINCTIO. XLIX. Quæst. XV. Pag. 849.

An gloriosum corpus clarum quo-  
que erit.

## RESOLVATIO.

**L**aritate donada esse gloria corpora, vel hinc satis liquet, quod ait Scriptura lacra, Fulgebunt iusti sicut sol, &c. Hæc autem claritas est quædam præfulgentia, & addit super lucem, & colorem manifestatione sui, quomodo dicimus claram lucem, claram veritatem, id est manifestam. Corpora igitur beatorum erunt clara & fulgentia, quia habebit quilibet beatus colorem pulchrum secundum gradum complexionis suæ non viriatæ. **A**ethiopes enim non habent nigredinem intenam, venientia enim complexionum diueritatem varios quoque colores habebunt, unde & modo magis delectatur unus in uno colore, quam in alio, propterea quod in magis proprie contentiens complexioni, & qui eundem habebunt secundum speciem colorem, non erunt æquales, que clari, dicente apostolo, Alius est claritas solis, & cœli. & Christus, In domo patri mei, &c. Aliqui insuper alterut in ipsis beatorum corporibus fore nedum talem colorem, sed etiam lucem, Is igitur color (excedens complexionem) una cum refulgentia dos clara rita his nuncupatur.

DISTINCTIO. XLIX. Quæst. XVI. Pag. 852.

Potestne gloriosum corpus per subtilitatis dotem simul effici cum alio cor-

pore.

Duo cor-  
pora pos-  
sunt esse se-  
mul.

## RESOLVATIO.

**R**hilosophi ignari virtutis diuinæ existimarent fieri non posse quadratum, ut duo corpora similes essent, at fide secus sentim, quicquidem Xps integris claustris virginis natus est, deinde obsecrato sepulcro resurrexit, & clausiianus ingressus est ad discipulos. Hæc autem fieri nequivant, nisi duo corpora simul fuissent. **Q**uod si modum perscruteris, respondetur, quod causa quare duo corpora nequeunt esse simul, est quantitas locum occupans. Quanum enim alteri quanto repugnat dum taxat virtualiter, id est ratione Daniel. 9*sui effectus*, qui est circumscribere locum. Porro Deus ipse potest caulam a suo effectu natura li suspendere, & impedire (ut factum est in tribus pueris) quocirca quia corpus gloriosum propter dotem subtilitatis locum non occupat, esse poterit simul cum alio corpore non gloriose, non autem gloriose, propterea quod hoc ab ipso Deo non fuerit illi concessum, sed posset, si Deus vellat. Quod autem corpus gloriosum simul cum alio esse possit, hoc illi cōpetit, & debetur (supposito Dei decreto qd sic statuit remunerare fidèles) quarenus ab hac rationali ani-

L 3 ma,

*Perfectio  
corporis  
gloriosi.*

ma, & gloria informatur, &  
hac possibilis dos subtilitatis  
vocatur. Vnde sicut perfectio  
animæ consistit in Dei visione,  
& fruitione, sic corporis perfe-  
ctio est, ut pro arbitrio animæ  
possit simul esse cum alio cor-  
pore. Hæc autem dos subtilita-  
tis, seu talis possibilis non est  
qualitas aliqua absoluta, seu  
quidam inharens corpori, sed  
causa eius intrinseca est volun-  
tas beati, que id meruit, & ex-  
trinseca est diuina voluntas, &  
potentia qua id efficit. Et quia  
id de iure debetur beato ex or-  
dinatione ipsius Dei, ideo dicitur  
dos, quomodo quoque sen-  
tiendum est de alijs dotibus  
prædictis.

### DISTINCTIONIS L. Quart. I. Pag. 363.

Potestne quispiam, ut vitet miseria  
recte appetere non esse.

### R E S O L V T I O .

*Dupliciter  
malum.*

*Nemo dicit  
appetere  
non esse.*

*s. De gen. propensus est suapte natura ad  
mera. q. 2. esse, secundum Philosophum, &  
de anima. Apostolum nolumus expolia-  
ri, sed superuestiti, & ecclæ. Nemo  
Ephes. unquam carnem suam odio ha-*

Vplex constat esse  
malum, penæ vide-  
licer, & culpæ, vt au-  
tem quispiam ma-  
lum penæ viter, ne  
quit recte nec debite appetere  
non esse, nam malum penæ est  
iustum, & bonū, quare propter  
ipsum vitandum nullus debet  
appetere non esse. Insuper nullus  
potest licite aliquid desiderare  
contra inclinationem natu-  
ralem, quando illa est contra  
diuinam voluntati, sed quilibet

buit, &c. Et is appetitus con-  
formis est diuina voluntati, nā  
ipsa eam infigit, quo sit vt ob  
poenam sufficiendam nullus de-  
beat expetere non esse. Circa  
vero malum culpæ, homo bis-  
tariam se habere potest. Primo  
sic, velit se potius intermetere,  
aut omnino annihilare (si pos-  
sei) quam culpam admittere, &  
hoc est illicitum, quia contra  
Dei preceptum. Non occides. *Postmodum*  
Secundo, vt malit tolerantissi-  
me mortem ab alio illatum per quam pa-  
peti, aut quodvis supplicium, et *ceterum*,  
annihilationem, quam Deum *misericordia*,  
offendere, & hoc est admodum *libido*,  
commendabile, voluntas enim *g.*  
oblatis duobus malis, minus  
eligere debet, tunc enim unum  
haber rationem boni respectu  
alterius, secundum Philosophum, *g. Ethic.*  
Fratera, secundum eundem Phi-  
losophum, propter bonum vir-  
tutis actum, debet se studiolum  
morti exponere, multo magis  
ne legem transgrediat diu-  
nam. *adde*, quod propter nullam  
causam debet quis transgredi  
diuinum præceptum, nisi fuerit  
revoatum, aut ab intrinseco di-  
rectore, vt in Samsonem, aut ab  
extrinseco doctore, quemadmo-  
dum præceptum de non come-  
dendi idolotitis datum, revo-  
catum fuit a Paulo, aut ex necel-  
litate, vt cù David comedit pa-  
nes propositionis. Quod si dixeris, *I. Cor. 11.*  
hoc aduersari propensioni  
naturali. Responderit, quod  
quando sunt duas regulæ diuer-  
sa, eligendum est quod conforme  
est regulæ superiori. Con-  
stat autem diuinam voluntati  
superiorem esse naturali  
appetitui, ideo debet se  
quilibet illi con-  
formare. *D. I.*

DISTINCTIONIS L.  
Quæst. II. Pag. 863.

An damnati ut misericordiam fugiantur  
appetunt non esse.

RESOLV TIO.

*Ob parva  
advenimus  
appetere  
veniente.*  
  
Vamus dānati de-  
beant satius velle  
non esse, quam in  
peccato permane-  
re, nihilominus ve-  
ro simile est, ipsos appetere non  
esse potius ob pēnam quam  
patiuntur, quām propter culpā  
fugiendam, sunt enim obstina-  
ti, iuxta illud, Vbi ceciderit ar-  
bor, &c. Item, Ligatis manibus  
& pedibus, &c. Quod autem ap-  
petant non esse, patet ex illo  
apn. 3. Ioannis, Desiderabunt mor-  
tem, &c.

DISTINCTIONIS L.  
Quæst. III. Pag. 871.

Videntur beati damnatorum  
pēnas?

RESOLV TIO.

*Bifurcam  
aliquid co-  
muni po-  
tū,*  
**B**ifurcam quippiā con-  
gnosci nulli Theo-  
logorum est ambiguum, videlicet in  
genere proprio, leu-  
cognitione sensibili, & in ver-  
bo, siue in speculo diuinæ essen-  
tiæ, & quidē primo modo bea-  
ti non vident damnatorum pē-  
nas, ob indebitum & impro-  
portionatum inter obiectum & po-  
tentiam distantiam. Quantum  
pēna dā-  
uit artinet ad secundum mo-  
dum, distinguēdum est de ipsis  
pēnis. Pēna siquidem damni (q̄  
est diuinæ priuatio viuonis) &

L. culpa (qua est pēna causa) non  
relucet in essentia diuina, q̄a  
cum non sint entia non habent  
in Deo ideam, seu representati-  
uum quodpiam, sed illa cognoscuntur per aliud, nempe p̄ posi-  
tuum cui opponuntur, dicente  
Aristotele, q̄d priuatio cognoscitur per habitum. Alia vero  
damnatorum pēna, vt pēna  
ignis, remorbus conscientia, tri-  
flitia consequens has pēnas, &  
precedentes, quia sunt vere en-  
tia positiva, & habent in Deo  
ideam, a beatis in verbo cognoscuntur. Porro talis idea nihil  
aliud est ab ipsa diuina esen-  
tia, q̄ est exemplar illimitatū om-  
nium rerum. Quomodo autem  
sese gerant beati erga dānatos,  
videntes eorum pēnam, profecto non est vero simile Deū, aut  
beatos gaudere de afflictione  
eorū, vñ inquit Deus, Heu con-  
solabor de hostibus meis, &c. & I. Tim. 2.  
alibi, Nolo mortem peccatoris,  
&c. Vult oēs homines saluos  
fieri, &c. Quocirca non punit  
eos, nisi necessitate quadam, pro  
pter ea q̄ aliter culpa remanens Deus p̄  
iuste ordinati nequit, nisi per  
pēnam. Noluntigitur simplici-  
ter Deus, aut beati, damnatorū  
pēnas, sed solum secundū qd,  
id est propter iustitiam, & reor-  
derationem culpā: immo, si pla-  
ceret Deo, vellent eorum libera-  
tionem, aut si item non displace-  
ret eis, si soluerentur a pēnis,  
quia nolunt eis pēnam, nisi qua-  
tenus ita ordinatum a Deo, nec  
idcirco propterea tristantur bea-  
ti. Primum quia conformant se  
diuinæ voluntati, deinde quia  
voluntas eorum haud est tristi-  
tie capax, propriè perfectam de-  
lectationem, quæ omnem impe-  
dit iustitiam.

47.6.96  
Metaph.

*Quare  
Deus p̄  
nit dam-  
natos.*

168 Resolutiones Ioan. Duns Scoti.

DISTINCTIONIS L.

Quæst. III. V. & VI.

Pag. 578. & 876,

Eritne omnium damnatorum <sup>ROM. 61</sup> panas  
& electorum beatitudo.  
equalis?

R E S O L V T I O .

Beatus, interpretate Augustino,  
electorum  
erit ina-  
qualis.  
*Ioan. 14.*

*1. Cor. 15.*  
*Psal. 61.*

X sacris liquet literis electorum disparem fore beatitudinē. Ait enim Chis loquens de beatis, interpretate Augustino, In domo patris mei, &c. & Apostolus, Stella differt, &c. & Psalmista, Reddet uniuicique, &c. Opera autem constat inæqualia esse, vnde & conseqeuens est remuneracionem esse inæqualem. Huius autem inæqualitatis causa prima est Deus ipse, qui ita statuit electos remunerari, deinde & voluntas, ac charitas, quæ sunt causa actuum in quibus constitit beatitudo, hec enim in diversis inæquali esse possunt, potissimum charitas ipsa. Quocirca cum dicitur, quod singuli repererunt singulos denarios, accipendum de ipsa beatitudi-

*Mat. 20.*



ne, quam quilibet accipit, aut de ipsa diuina essentia, quæ est idem beatorum omnium obiectum, illud quoque Augustini super Ioannem, Omnia erit par gaudium, intelligitur extensis, non intensius, quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus in quibus aliis; quantum autem ad corporis dotes, si ponantur absolute qualitates inæquaes, erunt propriæ eandem rationem. Si autem impossibiliter dicat, nō posse ab aliquo priorem (Em. Scotum) & subtilitas facultatem posse esse simili cum alio corpore, ex aquo cōpētent electis pariter, & agilitas, chartas vero inæqualis erit iuxta illud Pauli, Stella differt, &c. *Dam. 1. Ch. 1.* Damiani quoque inæqualiter puniatur, nam carētia visionis diuine maiori erit pena his, q̄ gravius Damiani deliquerunt, deinde & vermis, inæqualiter remorsus conscientia, post tremorem & ignis ipse gravius colorem affiget, ita ordinante diuina voluntate, q̄ nobis perfectas literas innotescit, vnde Ioannes, *Apoll. 1. Psal. 61.* Quantum se glorificauit, &c. & *Psal. 61.* Psalmista, Reddet uniuicique, &c. Primitus idem quoque habetur in Propterea & Hieremiam, 25.

F I N I S.